




DE LA LIBRERIA
DEL REAL COLEGIO MAYOR
Reunido de Santa Cruz, y
Santa Catalina.
E. 50. C. 57 N. 5.




2-10-15
9 de 7-15






BEATISSIMO PAPAE
GREGORIO DECIMO
tertio Pontifici Maximo, Ant.
Contius, Iuris vtriusque doctor
ordinarius in vniuersitate Bitu-
rigum.



ONSTITVENTI mihi
egregium aliquod munus offerre
Deo, ne semper vacuus in conspectu
eius apparere, Beatissime Papa &
Pontifex Maxime, per opportunè hoc
Ephesini concilij primi & toto orbe
celebratissimi exemplar, nunquam
a publica luce donatum, diuino quodam nutu oc-
currens, dignum quod veluti votum & primitias curarum,
in perquirendis & emendatè edendis veteribus li-
brarum, excelsis deo caeli & terra nuncuparem.
cum leuitica lex priuatis sacrificia & munera
vetet, in beatè que ea ad ostium tabernaculi ad sa-
crificium adduci, ut offerat donum Domino & hostiam
pacificam ac consuetudinem, ritè ac que ordine facturum me
credidi, si munus hoc ad te primum & maximum Dei sa-



eccl-dotem adducerem, ad ostium tabernaculi, id est catho-
lica Ecclesia, quod ostium clauibus tibi calidius creditis
subinde claudis & reseras pro summa religionis tuae cau-
tione. Neque vero huius mei consilij aut incepti desti-
tuor exemplis, ne linguas in me exerant θεομωχοί. Ex-
tant & prostant variae Iustiniani nouella, quas quia ad
publicam disciplinam & utilitatem spectant, inbet in
ecclesia sanctissima cum sacris vasis recondi, velut ana-
thethimetas seu dedicatas Deo, & ad hominum salutem
scriptas. Quanto autem iustius hoc Concilium inter sa-
cra vasa recondetur, quo non extat aliud accommoda-
tius aut praesentius remedium aduersus profanas omnium
haereson nouationes, vel Vincentio Lirinensi teste, cuius
idcirco integrum locum huic epistola subiici curauimus?
& quia in omnibus libris qui publice commendatur, duo
potissimum requiri solent, τὸ γνήσιον, καὶ τὸ χεῖρισμον,
veritatem huius Exemplaris satis confirmant collationes
à nobis ad marginē eius additae, quibus totum fere hoc
Concilium per frustula & fragmenta in Conciliis 4. & 5.
generalibus recitari eodem quo hic extant sensu, licet sub
aliis atque aliis translationibus, liquidò apparet. Sed
& Nicephori Callij de hoc Concilio historia libro 14.
cap. 32. & in ea Socratis historici reprehensa vel tepidi-
tas vel ignorantia, hoc exemplar γνήσιον esse arguit, &
vicissim illa ex hoc exemplari fidem accipit. Cum enim
ait Socrates non sibi videri Nestorium imitatum esse vel
Paulum Samosatenum vel Phetinum, vt Dominum no-
strum merum hominem diceret, nonne aperte Cyrillum
reprehendit, & eius contestationem propositam Constan-
tinopoli in publico ad increpationem Nestorij, quod simi-
lia saperet Paulo Samosateno, ante annos 160. ab orho-
doxis

doxis anathematizatio, in qua singulas Pauli Samosa-
theni blasphemias singulis Nestorij blasphemis confert?
vt omitam quod rectè Socrati obiicit Nicephorus, Ne-
storium non solum sermonem & vocabulum ipsum de
Christo negasse, sed prorsus etiam Deum esse qui genitus
est negasse, dum hac protulit: Ne gloriaris Iudae. Deum
non crucifixisti. Atqui diuinus Apostolus contradixit.
Si cognouissent, inquit, Dominum utique gloria non
crucifixissent. Sed & in actis ipsius Concilij suo loco de-
prehendetur inter depositiones aduersus eum factas, aliud
dixisse filium qui passionem suscepit, aliud autem Deum
verbum, quae blasphemiae non solum verbo, sed etiam re
Nestorium voluisse Christum merum hominem asserere
manifestè declarant. Sed bene cauit legentium infirmi-
tati Tripartitae historiae compiler, dum Nicephori ve-
riorem censuram verbis ipsius Socratis interpolauit, ne
quis eam ex Graeci exemplaris comparatione eximendam
putet. Rursum autem cap. 35. eiusdem lib. 14. sua hi-
storiae Nicephorus, Socratem rectè reprehendit ignoran-
tia rerum in Concilio hoc gestarum, vt ex huius Con-
cilij editione quilibet intelliget. Porro quot strophis Ne-
storius pium imperatorem Theodosium in odium Cyrilli
& contra Catholicos, tyrannidem inflectere cum per au-
licos tum per Ioan. Antiochenum aggressus fuerit, quò-
que tandem res inclinauit, Christiani omnes summa cum
admiratione & documento diuinæ providentiae ex huius
Concilij lectione obseruabunt. Tandem enim omne ma-
lum in Nestorij caput recidit, dum Pius princeps eum
Oasim deportari iussit. Tametsi exemplar sacrae imperia-
lis, hinc descriptum, non Oasim sed Perram habet. Sed ex
eiusdem Nicephori historia constat, eundem impium Ne-


storium τὸν πᾶντων ἔφορον ὀφθαλμὸν μὴ λαθόντα, non unum sed multa pertulisse exilia, & quasi Iliadem malorum dum lenius exilium crebro grauiori mutare iussus est, & tandem in Elephantinam translatus. Vtilitas autem huius libri id enim erat τὸ χρησιμὸν, quod secundo loco quæri solere dicebamus, se ipsam euidenter exhibet. Cum enim primi Concilij, quod Nueæ celebratum est, monumenta iam dudum Carthaginiensis synodi tempore perissent, secundi autem Concilij quod Constantinopoli aduersus Macedonium congregatum est, acta, per Græcorum factiones qui de primatu nonæ suæ Romæ litigabant, partim falsata, partim abolita fuerint, ita factum est hominum iuxta, ac temporum iniuria, ut primorum conciliorum forma, veritas, auctoritas ex hoc esset primitus repetenda. Cuius etiam maxima pars sequentibus, quarto & quinto, firmitatem & auctoritatem addidit. Mitto, quæ à S. Cyrillo, Vincentio Lirinensi, Nicephoro, Codice Theodosiano & Iustiniano de huius Concilij utilitate prædicantur. Ex hoc sanè Concilio Apostolicæ sedis auctoritas, cui iure successionis præses, disertè astruitur: Dum ex variis episcoporum & archiepiscoporum sedibus hæc vna sola Apostolica vocatur, dum ei vni hoc priuilegium à totius orbis Episcopis seruetur, ut vnus Nestorium patriarcham Constantinopolitanum, nullo nec imperatoris Theodosij nec cuiusquæ mortalium laici aut clerici requisito suffragio, alienum à communionem Ecclesiæ Christianæ definitiue pronuntiet, nisi intra decimum diem impium dogma renocet. Cuius, etiam sententiæ formam sanctum postea Concilium, in damnatione ipsius Nestorij sibi pro veritate & re iudicata, sequendam proponat. Et omittam quod in Ecclesiæ fide laudanda & demon-

*demonstranda semper eam precipuam præmittat, quam Romana tenet Ecclesia, ut & ipse Theodosius lib. i. C. de Summa Trinitate & fide Catholica. Post Romanam autem Ecclesiam, Alexandrinam, ac tandem vniuersalem catholicam ecclesiam subinserat. Multis igitur de causis, hic liber tibi à me dicabitur, sed his potissimum Iustiniani nostri vocibus commendabitur. ἕτε γὰρ ἀνεχώ-
 μεθά. τι τῶν εἰς ἐκκλησιαστικὴν ὁρώντων κελεύσεσιν, μὴ καὶ τῆ αὐτῆ ἀναφέρεσθαι μακαριότητι, ὡς κεφαλῆ ἔσῃ πᾶντων τῶν ὁσώτατων τῆ θεῆ ἱερέων. καὶ ἐπειδὴ ὁσάκις ἐν τούτοις τοῖς μέρεσιν ἀρετῆκοὶ ἀνεφύισαν τῆ γνώμῃ καὶ ὀρθῇ κρίσει τῆ ἐκείνῃ σεβασμῆς θρόνου καθηγῆθῃσαν. Et rursus alio loco. Reddentes honorem apostolicæ sedi, & vestræ sanctitati (quod semper nobis in voto fuit, & est) & ut decet patrem honorantes vestram beatitudinem, omnia quæ ad Ecclesiarum statum pertinent, festinauimus ad notitiam deferre vestræ sanctitatis, & Inf. nec enim patitur quicquam quod ad ecclesiarum statum pertinet, (quamuis manifestum, & indubitatum sit, quod mouetur) ut non etiam vestræ innotescat sanctitati, quæ caput est omnium sanctarum ecclesiarum. Superest, te, Beatissime pater, exorem, ut qui instauranda ecclesiastica disciplina & purganda ab hæresibus ecclesiæ calidius nobis à Deo demissus crederis, nec minus verbo quàm manibus pedibusque rem promoues ecclesiasticam, munus hoc tibi præmente oblatum, placato gratoque vultu suscipias, quod ut sperem consore, cum illa tua toto orbe celebrata comitas, tum Cardinalis sancti Xisti fratruelis tui litteræ ad Antisiodorensem episcopum scriptæ, quibus huiusmodi Conciliorum copiam sibi à me edi desiderare se si-*

*L. 7. Græc.
 C. de Summa
 Trinitate.*

*L. inter cla-
 ras. C. ibid.*

gnificat, maximum mihi praebeant argumentum. Grata
 sane huius muneris susceptio ad alia complura huius ge-
 neris exemplaria edenda me faciet alacriorem. Omni-
 potens deus te orbi Christiano per multos annos
 seruet incolumem, sanctissime pater ac
 Pontifex Maxime. Dat. Biturigis.
 Kal. Iannuariis. M. D.
 LXXIIII.



EDICTVM THEODOSII
 DESCRIPTVM, fol. 161. QVIA
 sub vtraque lingua emissum fuerat,
 vt sequenti Graeco exemplo mo-
 netur, Graece quoque hic ad-
 scribere visum est ex libro
 Graecarum constitutio-
 num ecclesiasti-
 carum.


ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡΕΣ ΘΕΟΔΟΣΙΟΣ ΚΑΙ ΟΥΑΛΕΝΤΙΝΙΑ-
 ΝΟΣ Α. Α. Τῶ ΛΕΟΝΤΙῶ ὑπάρχῳ τῆ πόλεος.



Ὁ τῆς εὐσεβείας θρησκείας παρ' ἡμῶν ἀφειλόμενον
 σέβας, τὸς περὶ τὸ θεῖον ἀσεβῶς ἔχοντας δικαίως ἀ-
 ξίταις κολάζεσθαι, καὶ ὀνόμασι τῆ αὐτῶν φαυλότητι σφέ-
 ροσι προσαγορευέσθαι βύλεται, ὡς ἂν ὀνειδέσι περι-
 ελιθύνειες, αἰώνιον ὑπομένειεν τιμωρίαν τῶν ἀμαρτή-
 ματων, καὶ μήτε ζώντες τιμωρίας, μήτε θανόντες ἀτιμίας ἐκλῶς ὑπάρ-
 χουσι. ΝΕΣΤΟΡΙΟΥ τοῦ ἐν τῆ τετρατάτῳ διδασκαλίας ἡγε-
 μόνος κατακεκριμένου, λείπεται τὸς ὁμογνώμονας αὐτοῦ καὶ τῆς ἀσε-
 βείας κοινωνοὺς ὀνόματι περιβάλλειν κατεγνωσμένῳ ἵνα μὴ τῆ τῶν χρι-
 στιανῶν ἀποχρώματι προσσηγορία τοῦ αὐτοῦ ὀνόματι κοσμοῖντο, ὃν τὸ
 δόγματος δὲ ὑπεβουώλης ἐξέστησαν διὰ. ταῦτα νομοθέτημεν τὰς ἀπαν-
 τοῦ τῆς Νεστορίας ἀθεμίτου δόξης καινωτὸς Σιμωνιανῶς ὀνομάζεσθαι.
 προσήκει γὰρ τὸς ἐν τῆ τῆ θεῖα ἀπασροτῆ τὸ ἐκεῖνα μίμνημένους δὲ
 ἀσέβημα, τῶ αὐτῶ ἐκεῖνα κληρῶσαι προσσηγορίαν, ὃν τρόπον Αρει-
 νοὶ νόμῳ τῆ τῆς θεῖας λήξεως κωνσταντίνου Πορφυριανοὶ διὰ τὸ ὅμοιον
 τῆς ἀσεβείας ἐν Πορφυρίῳ προσαγορευοῦνται, ὡς τὴν ἀληθῆ θρησκείαν
 ἐπιχειρήσας τῆ τῆ λόγῳ δυνάμει καταγωνιάσασθαι βίβλους ἐαυτῶν ἔσαι
 δεύσεως ὑπομνήματα καταλέλοιπε. καὶ μηδένα τολμᾶν τὰς αὐτῆ
 Νεστορίας τοῦ ἀθεμίτου καὶ ἱεροσὺλον ἀσεβεῖς βίβλους περὶ τῆς ἐναγῆς
 τῶν ὀρθοδόξων θρησκείας καὶ κατὰ τῶν δογμάτων τῆς ἐν Ἐφέσῳ τῶν ἐπι-
 σκόπων ἀγίας συνόδου καλεῖται ἢ ἀνακινῶσκειν ἢ μεταγράφειν, οἷο δὲ

*Huic incipit
 in cod. Th.
 & inst. l.
 Damiano.*

σπυδρῆ πάση ζητήσαντας δημοσίᾳ ἐπιπαρασθαι. τῆτω γὰρ τῶ τρέ-
 πω πάσης ἀσεβείας ρίζοθεν ἐκκοπέσις τὸ ἀπλοῦν καὶ εὐαπάτη τον
 πλῆθος ἔθεν πλάγης σπέρμα εὐρεῖν ποσπὲ δωλήσειαι. μηδὲ μήμην
 τῶν ἔτως ἀπολλυμένων ἀνθρώπων ἐν τινὶ τῆς θρησκείας δι' αλέξει ἐ-
 στέρω ἢ τῷ. Σίμωνος ὀνόματι ποιείσθαι ἢ οἰκίαν αὐτοῖς ἢ ἄγρον ἢ προα-
 σσον, ἢ ὄνυμα ὄσω ἄλλον πῶσον σιωδῶν εἰεκα λεληθότως, ἢ φανερώς
 παρασχεῖν. τὰς γὰρ ποιήτους ρίζωμεν πάσης σιωδῶν ἀδείας σπέρσε-
 σθαι, προδήλον ὄντος ἀπασιν, ὡς ὁ παραβαίον τὲ τὸν νόμον τῆτον καὶ
 Νεστόριον μίμήμενος δημέυσει τῶν ὑπαρχόντων ἡμωρηθήσεται.
 ¶ Ἡ μίση τοίνυμ καὶ περιφανῆ σου ἐξυσία ταύτην ἡμῶν τῶν διά-
 τεξιν εἰς γῶσιν ἀπάντων τῶν πὰς ἐπαρχίας οἰκώυτων διατεύμασι
 σιωδῶς ἐλθεῖν παρασκευάσει. τὸν νόμον δὲ τῆτων τῆτε ἰώμαιων
 τῆτε ἑλλήνων τεθείκαμεν γλώττη, ὡς πᾶσι σκφή καὶ γνωριμον εἶναι.



IN CHRISTI NOMINE
 Incipiunt capitula Translationis
 Primi concilij Ephesini.

- I. **R**actatus primus beati Cyrilli Alexan-
 drini episcopi de Incarnatione Domini, ad
 otius Aegypti monachos contra Nestorium
 Constantinopolitanum episcopum.
 Venerunt quidem aliqui.
- II. Contestatio publicè propofita. Missa Constanz
 tinopolim à Cyrillo Alexandria episcopo cō-
 tra Nestorium.
 Coniuro accipientem.
- III. Epistola Cyrilli Alexandria civitatis epi-
 scopi ad Nestorium Constantinopolitanum
 episcopum.
 Obloquuntur quidem.
- IIII. Incipit epistola Nestorij Constantinopolitani
 episcopi ad Cyrillum Alexandrinum epi-
 scopum.
 Iniurias quidem, &c.
- SVSCIPIENS AVTEM ARCHI-
 episcopus Romæ Cælestinus quaterniones
 expositionis ipsius Nestorij per
 Antiochum, &c.
- V. Epistola Cælestini Papæ ad Nestorium.
 Aliquantis, &c.
- VI. Eiusdem Cælestini epistola ad Clerum & pe-

- pulum Constantinopolitanum.*
Ad eos mihi qui faciunt, &c.
- VII. *Epistola Celestini Papæ Ioanni Antiocheno, Iuuenali Hierosolymitano, Ruffo Thessalonicensi, Flauiano Philippensi.*
Optaremus quidem, &c.
- VIII. *Epistola Celestini Papæ ad Cyrillum Alexandrinum episcopum.*
Tristitiæ nostræ sanctitatis, &c.
- IX. *Cyrilli Archiepiscopi Alexandrini epistola ad Achatium Beroëe.*
Vehementer & contristatum, &c.
- X. *Epistola Achatij episcopi ad Cyrillum episcopum.*
Legi literas tuæ reuerentiæ, &c.
- XI. *Epistola Cyrilli episcopi Alexandrini Iuuenali Hierosolymitano episcopo.*
Optabam quidem probatissimorum, &c.
- XII. *Epistola Cyrilli episcopi Alexandria ad quendam Zelotem.*
Nouimus tuæ dilectionis, &c.
- XIII. *Epistola Cyrilli episcopi Alexandrini ad Ioannem Antiochenum episcopum.*
Cognouit omnino, &c.
- XIII. *Epistola Ioannis episcopi Antiocheni ad Nestorium Constantinopolitanum episcopum.*
Meam intentionem, &c.
- XV. *Epistola Synodica Cyrilli Alexandrini episcopi ad Nestorium Constantinopolitanum episcopum.*

- Saluatore nostro dicente, &c.
- XVI. *Epistola eiusdem scripta ad Clerum & populum Constantinopolitanum.*
Vix quidem aliquando, &c.
- XVII. *Item epistola imperatorum ad Cyrillum episcopum Alexandrinum.*
Curæ multæ est dei, &c.
- XVIII. *Item epistola imperatorum ad Cyrillum episcopum Alexandrinum.*
Pendet in dei cultura, &c.
- XIX. *Epistola Ioannis Antiocheni episcopi ad Cyrillum episcopum, cum iam sacrum conciliū Ephesē conuenisset. Neque mediocriter mordet, &c.*

EXEMPLAR MONV-
mentorū quæ gesta sunt in Ephe-
so à sancto Concilio super
depositione Nestorij.

Post consulatum dominorum nostrorum Flauij Theodosij xij. & Flauij Valentiniiani iij, &c.

Recitationes ex Codicibus sanctorum patrum
& martyrum contra opinionem Nestorij.

1. *Petri sancti episcopi & martyris ex Codice de deitate.*
2. *Athanasij sancti episcopi Alexandria de Codice cō-*

ira Arrianos.

3. *Eiusdem Athanasii de epistola ad Epictetum.*
4. *Iulij sancti episcopi Romæ de epistola ad Prosdicum.*
5. *Felicis sancti episcopi Romæ & martyris de epistola ad Maximū episcopum & Clerum Alexandria.*
6. *Theophili sancti episcopi Alexandria de quinta paschali epistola.*
7. *Item eiusdem de alia paschali epistola.*
8. *Cypriani sancti episcopi & martyris ex libro de Elemosyna.*
9. *Ambrosii sancti episcopi Mediolanensium.*
10. *Item eiusdem.*
11. *Gregorij sancti episcopi Nazanzeni.*
12. *Basilij sancti episcopi Cesarea Capadocia.*
13. *Gregorij sancti episcopi Nissa.*
14. *Attici episcopi Constantinopoleos.*
15. *Amphilochij Iconij episcopi.*
16. *Item eiusdem.*
17. *Attici episcopi Constantinopoleos.*
18. *De Codici Nestorij quaternione xvij. in dogmate.*
19. *Similiter eiusdem de quaternione. iij.*
20. *Et post alia.*
21. *Item eiusdem, de quaternione. xxiiij.*
22. *Eiusdem quaternione. xv.*
23. *Eiusdem quaternione. xxvij.*
24. *Item eiusdem de quaternione. xv.*
25. *Item eiusdem de quaternione. xvi.*
26. *Item eiusdem de quaternione. xvij.*
27. *Item eiusdem de quaternione. xv.*
28. *Item eiusdem de quaternione. xvi.*
29. *Item eiusdem de quaternione. xvij.*

*Recitationes
ex impiis
scriptis Ne-
storij.*

ratores de Orientalibus,

- Quæ quidem imperata sunt, &c.*
- XXVII. *Exemplar sacra quæ directæ est ad sanctū Consilium. Quantum circa pietatem. &c.*
- XXVIII. *Exemplar relationis sancti Concilij ad sacram imperialem.*
- Christo amabile quidem, &c.*
- XXXIX. *Epistola Cyrilli Archiepiscopi Alexandria ad Clerum Constantinopolitanum.*
- Turbatum quidem nimis, &c.*
- XL. *Epistola Memnonis episcopi Ephesini ad Clerum Constantinopoleos.*
- Quanta propter veram, &c.*
- XLI. *Epistola vniuersalis consilij ad Augustos.*
- Vestra quidem potentia, &c.*
- XLII. *Epistola vniuersalis consilij ad Clerum Constantinopolitanum.*
- In tanta fluctuatione, &c.*
- XLIII. *Nicena Synodus hanc fidem exposuit.*
- Credimus in vnum deum, &c.*
- XLIII. *Petri sancti Episcopi & martyris ex libro de deitate. Quoniam & verè gratia, &c.*
- XLV. *Confessio fidei Charisij presbyteri.*
- Credo in vnum deum, &c.*
- XLVI. *Exemplar expositionis symboli transformati.*
- Qui vel nunc, &c.*
- XLVII. *Epistola Episcoporum, qui Constātinopoli inuenti sunt ad sanctum Ephesinum scripta concilium. Oportebat quidem nos, &c.*
- XLVIII. *Preces Cleri Constātinopolitani pro Ephesino Concilio. Scientes vestram, &c.*

- XLIX. *Item Epistola Cyrilli ad Constantinopolitanos.*
Plurima contra nos, &c.
- L. *Sermones diversi sancti Cyrilli Archiepiscopi dicti apud Ephesum, collectis, celebratis & excommunicatis Orientalibus.*
Sermo primus habitus in maiore ecclesia, quæ vocatur Maria.
Diues est hodie, &c.
- LI. *Sermo eiusdem habitus in ecclesia, sancti Ioannis Euangelistæ.*
Sanctorum quidem, &c.
- LII. *Eiusdem contra Ioannem Antiochenum.*
Charitatis diuinæ, &c.
- LIII. *Item eiusdem.*
Oportebat quidem sufficere, &c.
- LIIII. *Item eiusdem.* Qui sacras, &c.
- LIV. *Item eiusdem.* Beatus propheta, &c.
- LVI. *Theodori sanctissimi episcopi Ancyrorum Sermo de natiuitate saluatoris.*
Clara & inopinabilis, &c.
- LVII. *Item eiusdem de eodem.*
Clara præsentis, &c.
- LVIII. *Omilia Regini episcopi Constantiæ Cypræ.*
Mihi quidem tacere est, &c.
- LIX. *Exemplar epistolæ scriptæ à sancta Synodo Archiepiscopo Romanorum Celestino.*
Tuæ quidem sanctitatis, &c.
- LX. *Mandatum iniunctum à sancto Concilio his, qui missi sunt ab eo Constantinopolim, ut causam cum Orientalibus dicerent.*
Iussi à piissimis, &c.
- LXI. *Relatio missa à Synodo imperatoribus per supradictos & destinatos episcopos.*
Omnia quidem vestri, &c.
- LXII. *Mandatum iniunctum ab Orientalibus, qui missi sunt ab eis Constantinopolim, ut causam dicerent cum his, qui missi sunt ab vniuersali Concilio.*
Sancta Synodus, &c.
- LXIII. *Epistola vniuersalis Concilij ad Augustos.*
Circa pietatem, &c.
- LXIIII. *Commonitorium cum Relatione directum Clero Constantinopoleos à Synodo.*
Necamur æstibus, &c.
- LXV. *Narratio ordinationis Maximiani Episcopi Constantinopoleos.*
Euntibus autem, &c.
- LXVI. *Epistola Maximiani episcopi Constantinopolitani sancto Cyrillo.*
Completum est, &c.
- LXVII. *Epistola sancti Cyrilli Alexandrini episcopi ad legatos vniuersalis concilij Constantinopolim missos.*
Satis nobis, &c.
- LXVIII. *Interpretatio sanctionis Imperialis scriptæ ad Isydorum præfectum prætoriorum & consulem ordinarium.*
Licet pro sollicitudine, &c.
- LXIX. *Edictum legis sacræ contra Nestorium.*
Debita à nobis, &c.
- LXX. *Item Edictum aliud.*
Flavius Arthemius, &c.

LXXI. *Sacra imperialis ad Ioannem Antiochenum episcopum.*

Intentio nobis, &c.

LXXII. *Libellus datus Archiepiscopo Cyrillo à Paulo episcopo Emefeno m. sso à Ioanne Antiocheno.*

Piissimi atque, &c.

LXXIII. *Epistola Ioannis Antiocheni ad sanctum Cyrillum.*

Dudum per sanctionem, &c.

LXXIIII. *Epistola sancti Cyrilli Ioanni Antiocheno.*

Exultent cœli, &c.

LXXV. *Omilia Cyrilli episcopi habita ad populum mense Pharmunti xxvij. die in dictione prima.*

Eos qui pietate, &c.

LXXVI. *Epistola Cyrilli Alexandrini Episcopi ad Maximianum Constantinopolitana urbis episcopum.*

Non erat dubium, &c.

LXXVII. *Commonitorium Eulogio presbytero Alexandriae obseruanti Constantinopoli à sanctissimo Archiepiscopo Cyrillo.*

Reprehendunt quidem, &c.

LXXVIII. *Epistola Cyrilli Alexandrini episcopi ad Achatium episcopum Melitina.*

Causa quidem dulcis, &c.

Expliciunt capitula sancti primi & vniuersalis Concilij Ephesini.



EX VINCENTIO
LIRINENSE ADVER-
sus profanas omnium hæreseon
Nouationes. De Nestorio &
concilio Ephesino quædam me-
morabilia, vnde probatur hoc ex-
emplar nostrum esse γνήσιον Ephe-
sini concilij exemplar.



NAM ut à proximis & ma-
nifestis incipiam qualem fuis-
se nuper tentationem puta-
mus quum infelix ille NE-
STORIVS subito ex o-
ue conuersus in lupum, gregem
Christi lacerare cœpisset? quum
eum hi ipsi qui rodebantur, ex magna adhuc parte
ouem crederent, ideoque morsibus eius magis pate-
rent? Nam quis eum facile errare arbitraretur,
quem tanto Imperij iudicio electum, tanto sacerdo-
tum studio prosecutum videret? qui cum magno san-
ctorum amore, summo populi favore celebraretur

A

quotidie, palam diuina tractabat eloquia & noxios quoque Iudæorum & gentilium confutabat errores? Quo tandem isto modo non cuius fidem faceret, se recta docere, recta prædicare, recta sentire? qui ut vni hæresi suæ aditum patefaceret, cunctarum hæreseon blasphemias insectabatur! Sed hoc erat illud quod Moses ait: **TENTAT** vos dominus deus vester, si diligatis eum, an non. Et ut Nestorium prætereamus in quo plus semper admirationis quam utilitatis, plus famæ quam experientie fuit, quem opinione vulgi aliquando magnum, humana magis fecerat gratia quam diuina, eos potius cõmemoremus, qui multis profectibus, multaque industria præditi, non parue tentationi catholicis hominibus extiterunt, velut apud Pannonias veterum memoria Photinus eccl. siam Sirmitanã tẽtasse memoratur, vbi quum magno omnium fauore in sacerdotium fuisset ascitus & aliquandiu tãquam catholicus administraret, subito, sicut maculus ille Propheta aut somniator quem Moses significat, creditæ sibi plebi Dei persuadere cœpit ut sequeretur Deos alienos id est errores extraneos, quos antea nesciebat. & postea Nestorius autem contrario Apollinari morbo dũ sese duas in Christo substantias distinguere simulat, duas introducit repente personas, & inaudito scelere duos esse vult filios Dei, duos Christos, vnum Deum alterum hominem, vnum qui ex patre alte-

Deuterono.

Cap.

rum qui sit generatus ex matre atque adeo adserit sanctam Mariam non θεοτοκον sed χριστοτοκον esse dicendam, quia scilicet ex ea non ille Christus qui Deus, sed ille qui erat homo natus sit. Quod si quis illum putat in literis suis vnum Christum dicere & vnam Christi prædicare personam, non temere credat, aut enim istud fallendi arte machinatus est, ut per bona facilius suaderet & mala, sicut ait Apostolus per bonũ mihi operatus est mortem. aut ergo ut diximus fraudulentie causa quibusdam in locis scriptorum suorum vnum Christum & vnã Christi personam credere se iactitat, aut certe post partum iam virginis ita in vnum Christum duas perhibet conuenisse personas, ut tamen conceptus, seu partus virginei tempore, & aliquanto postea, duos Christos fuisse contendat. Et cum scilicet Christus homo communis primum & solitarius natus sit, & necdum Dei verbi persone vnitae sociatus. postea in eum adsumptis verbi persona descenderit, & licet nunc in Dei gloria maneat adsumptus, aliquandiu tamen nihil inter illum & ceteros homines interfuisse videatur. Hæc ergo Nestorius, &c. aduersus catholicam fidem rabidi canes latrant.

Et postea de traditione ecclesie & consensu veterum patrum differens. Et quicquid vno sensu atque consensu tenuisse inuenirentur, id ecclesie verum & catholicũ absque vlllo scrupulo iudicaretur. Quod ne præ-

VINCENT. LIRINENSIS

sumptione magis nostra quàm auctoritate ecclesiastica promere videremur, exemplum adhibuimus sancti concilij quod ante triennium ferme, in Asia apud Ephesum celebratū est, viris clarissimis Basso Antiochoque consulibus. Vbi quum de sancendis fidei regulis disceptaretur, ne qua illic forsitan profana nouitas in modum perfidiæ Ariminensis obreperet, vniuersis sacerdotibus, qui illò ducenti fere numero conuenerant, huc catholicissimum, fidelissimum atque optimum factū visum est, vt in mediū sanctorum patrum sententiæ proferrentur, quorum alios martyres, alios confessores, omnes verò catholicos sacerdotes fuisse & permansisse constaret, vt scilicet rite atque solemniter ex eorum consensu atque decreto antiqui dogmatis religio cōfirmaretur, & profanæ nouitatis blasphemia condemnaretur. Quod cum ita factum foret, iure meritoque impius ille NESTORIVS catholicæ vetustati contrarius, beatus vero CYRILLVS sacrosanctæ antiquitati consentaneus iudicatus est. Et vt ad fidem rerum nihil deesset, etiam nomina & numerū, licet ordinem fuissimus obliti, edidimus eorum patrum, iuxta quorum, vt diximus ordinem ibidem concinentem sibi concordemque sententiam, & legis sacre proloquia exposita sunt, & diuini dogmatis regula constabilita est. Quos ad confirmandam memoriam, hic quoque recensere nequaquam superfluum est. Sunt ergo hi viri, quorum in illo concilio


vel

DE CONCI. EPHES. VNIV. 3

vel tanquam Iudicum, vel tanquam testium scripta recitata sunt. SANCTVS PETRVS ALEXANDRINVS episcopus, doctor præstantissimus & martyr beatissimus. SANCTVS ATHANASIVS eiusdem ciuitatis antistes, magister fidelissimus & confessor eminentissimus. S. Theophilus eius item vrbis episcopus, vir fide, vita, scientia satis clarus cui successit venerandus CYRILLVS qui nunc Alexandrinam illustrat ecclesiam. Et ne forsitan vnius ciuitatis ac prouinciæ doctrinæ hæc putaretur, adhibita sunt etiam illa Cappadociæ lumina. S. Gregorius episcopus & confessor de Nazanzo, S. Basilius Cesareæ Cappadociæ episcopus & confessor, S. item alter Gregorius Nysenus episcopus, fidei, conuersationis, integritatis & sapientiæ merito fratre Basilio dignissimus. Sed ne sola Græcia aut oriēs tantum, verum etiam occidentalis & Latinus orbis ita semper sensisse adprobaretur, lectæ sunt quoque ibi quædam ad quosdā epistolæ Felicis martyris & S. Iulij vrbis Romæ episcoporum. Et vt nō solum caput orbis, verum etiam latera illi iudicio testimonium perhiberent, adhibitus est à meridie beatissimus Cyprianus, episcopus Carthaginēsis & martyr, à Septentrione, S. Ambrosius Mediolanēsis episcopus. Hi sunt igitur omnes apud Ephesum sacro decalogi numero magistri, consiliarij, testes, iudicesque producti, quorum beata illa Synodus do-

A iij

*Etrinam tenens, consilium sequens, credens testimo-
nio, obediens iudicio absque tædio, præsumptione &
gratia de fidei regulis pronunciauit, quanquã multo
amplior maiorum numerus adhiberi potuerit, sed
necesse nõ fuit, quia neque multitudine testium ne-
gotij tempora occupari oportebat, & decem illos nõ
aliud fore sensisse quam ceteros omnes collegas suos
nemo dubitabat. Post quæ omnia adiecimus etiam
beatam Cyrilli sententiam quæ gestis ipsis ecclesia-
sticis continetur. Namque cum lecta esset S. Capreo-
li episcopi Carthaginensis epistola, qui nihil aliud
intendebat & precabatur, nisi vt expugnata noui-
tate, antiquitas defenderetur, ita episcopus Cyrillus
prolocutus est & definiuit, quod hic quoque inter-
ponere non ab re videtur. Ait enim in fine gestorũ.
ET HÆC, inquit, QV AE lecta est epistola
venerandi & nulti religiosi episcopi Cartaginensis
Capreoli fidei gestorum inseretur, cuius aperta sen-
tentia est. Vult enim antiquæ fidei dogmata confir-
mari, nouitia verò & superflue adinuenta, & im-
piè promulgata reprobari atque damnari. Omnes
episcopi adclamauerunt. hæc omnium voces sunt,
hæc omnes dicimus, hoc omnium votum est. &c.*



IN NOMINE DOMINI

NOSTRI IESV CHRISTI.

Incipit translatio Primi
Ephesini Concilij.

TRACTATUS PRIMVS

*Beati Cyrilli Alexandrini episcopi
de Incarnatione Domini, ad totius
Ægypti monachos contra Nestorium
Constantinopolitanum episcopum.*

ENERVNT quidem
aliqui eorum qui nobis-
cum sunt: secundum con-
suetudinem in Alexandri-
nam ciuitatem. Me verò
requirente & vehementer
suscitante si per vestigia pa-
ternæ consuetudinis am-
bularent, & vos ipsi in fide recta & immaculata
clarere festinantes, cõuersatione & præcipua no-
bilitati abstinentiæ laboribus regeremini vera
arbitrantes pascua propter bonitatem eligere de-

CONCILIVM

† videtur le-
gendum in-
congruum.
Cont.

certari nunciauerunt illi hæc quidem apud vos sic te habere, adiicientes, quia priscas virtutes magnificentius augeatis. Necessario itaque ego gaudebam meîq; mea magnanimitè lætabatur, suas faciens si iorum virtutes. Et merito. Est enim † congruum nutritores quidem puerorum, virtutibus iuuenum congaudere & si quid ab eis agatur arte laudabili, hoc velut quandam coronam suis capitibus applicare, illorúmque fortitudinem participari decorem, Nos autem cum simus patres spirituales & vos doctrinis ad bona certamina perurgeamus, vt motum corporis euincens & respuentes peccatum incidere & à Sathana tentatore deuinci, palmam percipiatis, non potiore quàm illi magnanimitate lætari. Quapropter sicut ait discipulus Saluatoris omne studium cõferentes ministrare in fide vestra virtutem, in virtute scientiam, in scientia continentiam, in cõtinentia patientiã, in patientia pietatem, in pietate fraternam dilectionem, in fraterna dilectione charitatẽ. Hæc enim dum vobis præsentia sunt & abúdent, non segnes nec infructuosos vos facient in cognitione Iesu Christi. Ego namque reor eos qui eligunt intelligibilem in Christo vitæ gloriæ & sacram perãbulare viam, primum quidem simplici & inuiolata nobilitari fide, deinde ei augendam esse virtutem, quo factò studere ditari Christianæ scientiæ sacramentis & ad perfectam scientiam valde consurgere. Hoc arbitror esse quod dictum est in virum venire perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis.

Prudentia

EPHESINVM.

§

Prudentia itaque monachis cõueniente vestros accingentes lumbos, dimiccate contra passiones animorum simul & corporũ. Sic enim eritis clari atque probabiles, & in spe bona quæ sanctis est præparata. Sit autem in vobis præ omnibus aliis recta fides & quæ omnino reprehendi non possit. Sic enim vos ipsi pietatis sanctorum patrum vestigia sequentes, commorabimini cum eis in mansionibus supernis & in tabernaculis cœlestibus habitabitis. De quibus sacratissimus Ysaïas meminit, dicens: Oculi tui videbunt Hierusalem ciuitas viuens tabernacula quæ non mouebuntur. Conturbatus enim nõ mediocriter sum, audiens quia tumultus quidam ad vos pessimi peruenerunt, & circumeunt aliqui simplicem vestram soluentes fidem, ac verbis inanibus excitant populum interrogantes atque dicentes: Sanctam virginem vtrum Dei genitricem, an non, oporteat nominari. Erat quidem melius à talibus quæstionibus vos modis omnibus abstinere, & quæ vix possunt velut in speculo & in enigmate contemplari sapientia perfecti & mente præcipui, omnino non tangere. Subtiliores namque contemplationes etiam † profectorũ transcendunt sensum.

† forte perfectorum.

Sed quia iam hi sermones ad vestrum peruennisse probantur auditum, & forsitan nituntur aliqui contendere & eis qui non sunt mente robusti hoc ipso inserere veluti quodam aculeo læsionem, oportere necessariũ iudicavi, pauca charissimi apud vos de his verba proferre, vt non contendatis, sed potius vt si qui contra vos in-

surgunt, illorum vanitatibus veritatem obicien-
 tes, ipsi erroris dispendia declinetis & aliis ser-
 monibus cōpetentibus prodesse valeatis, tanquā
 fratribus suadentes vt antiquam fidem ecclesiis
 à sanctis Apostolis traditam, in suis animabus ha-
 beant sicuti quandam pretiosissimam margaritā.
 MIRATVS itaque sum, si omnino quidam
 dubitant verum Dei genitrix, an non, dicenda
 sit sancta virgo. Si enim est Deus dominus no-
 ster Iesus Christus, quomodo non Dei genitrix,
 quæ peperit, virgo? Hanc nobis tradiderunt sa-
 cri discipuli fidem licet sermonis memoriam nō
 fecerunt. Sic quoque sapere didicimus à patri-
 bus sanctis. Denique laudandæ memoriæ pater
 noster Athanasius exornans Alexandrinæ eccle-
 siæ sedem in cunctis quadraginta & sex annis &
 contra nefandissimorum hæreticorum adinuen-
 tiones inexpugnabilem quēdam & apostolicum
 obiciens intellectū & velut odorifero vnguen-
 to suis conscriptionibus omnem satians mundū,
 cui pro rectitudine & integritate dogmatū om-
 nes pariter attestantur, de sancta & consubstan-
 tiali Trinitate nobis componens librum, in ter-
 tio sermone superius & inferius Dei genitricem
 vocat virginem sanctam. Necessario namq; vera
 eius voce ipsis sermonibus sic habente. I N-
 TENTIO igitur hæc est, & figuratio diuinæ
 scripturæ, sicuti sæpe diximus, duplicē in ea esse
 de Salvatore promissionē. Et quia semper Deus
 fuit & est, filius verbum existens & splendor &
 sapientia patris, & quia nouissimè propter nos
 carnem

*S. Athanasij
 locus.*

carnem assumens, ex virgine Dei genitrice Ma-
 ria homo factus est. Et post alia rursus. PLVRI-
 MI si quidem sancti fuerunt, & omni peccato
 puri, Hieremias autem & ex ventre sanctifica-
 tus est, Ioannes adhuc in vtero exultauit, in vo-
 ce Dei genitricis Mariæ. Dignus itaque vir & fi-
 ducia pollens non diceret ea quæ sacris non con-
 ueniūt libris. Quomodo enim à veritate frustra-
 retur ita clarus & famosissimus & in ipso sancto
 magnōque concilio, id est, Niceno per tempora
 congregato coram omnibus admirabilis, nondū
 quidem episcopatus sede percepta sed magis in-
 ter clericos reputatus, attamen propter sapientiā
 aliāque māsuetudinem & subtili valde incom-
 parabilique prudentia, tunc quidem adsumptus
 est à beatæ memoriæ Alexandrino episcopo, e-
 ratque cum sene velut filius patri, ducatum ad
 vtilia quæque præbens & ad singula viam quæ
 erat agenda demōstrans. Sed quia verisimile est
 quosdam se putare ex ipsa scriptura diuinitus in-
 spirata refellere & super hæc sanctum illum, ma-
 gnūque concilium videre neque Dei genitri-
 cem dixisse domini matrem neque omnino tale
 aliquid definisse, Age nunc, age, & velut sub vno
 monstremus de intelligēdo dispensationis Chri-
 sti mysterio, quomodo à diuina scriptura nobis
 sit prædicatū & quid ipsi dixerint patres, imma-
 culatæ fidei defensionem proferentes, inspirante
 scilicet eis sancti spiritus veritate non enim erāt
 qui loquebantur ipsi, secundū saluatoris vocem,
 sed spiritus Dei patris qui loquebatur in eis. Cum

CONCILIUM

enim ita probatur quia Deus secundum naturam est qui ex sancta virgine natus est, nullum reor omnino segnem ut intelligere dubitet aut loqui, quia Dei genitrix sit dicenda, sed aperte profiteri. Sic enim se habet nostrae fidei symbolum.

99 CREDIMVS in vnum Deum patrem
99 omnipotentem, omnium visibilium invisibili-
99 liumque factorem. Et in vnum Dominum I E-
99 SVM CHRISTVM filium dei natum ex
99 patre unigenitum, hoc est ex substantia eius.
99 Deum verum ex Deo vero natum, non factum,
99 consubstantialē patri per quem omnia facta sunt,
99 quae in caelo & quae in terra. Qui propter nos
homines & propter nostram salutem descendit,
& incarnatus est & homo factus, passus, & re-
surrexit tertia die. Ascendit ad caelos, venturus
iudicare viuos & mortuos. Et in spiritum san-
ctum. Hæresium ergo inventores, perditionis
sibimetipsis & aliis foueam fodientes in tantam
sensuum vanitatem lapsi sunt, ut putent & dicant
recentem esse filium & sub æqualitate creatura-
rum, ut subsisteret esse productum à Deo patre,
& eum qui est ante omne seculū & tempus ma-
gis autem ante secula, & factorem principio cir-
cum scribentes, fatui non erubescunt. Minoran-
tes autem secundum quod eis videtur, æqualita-
tem eius & gloriā à patre eminere, eum aliis vix
concedunt, mediatorem esse dicentes Dei & ho-
minum, neque summitatem eminentis gloriæ for-
titum, neque creaturarum præidentem mensu-
ris. Quis etenim est qui & diuina excellentia

minor

EPHESINVM.

7

minor & creaturæ mensuris preest. Inconfide-
rata omnino res est & locus aut ratio nulla con-
spicitur inter creatorem & creaturam. Abstra-
hentes igitur cum quantum ad ipsos est à sede
diuinitatis, filium & Deum nominant, & adoran-
dum existimant, palam clamate lege, Dominum
Deum tuum adorabis & ipsi soli seruias. Et per
vocem quoque Dauidis Deo dicente Israëlitis:
Non erit in te Deus recens, neque adorabis deum
alienum. Sed illi quidem tanquam planum iter
tritumque veritatis relinquentes ad foueas petras-
que cōfugiunt: & sicut ait Salomon axibus agri
sui errauerunt, & coaceruant manibus sterilita-
tem. Nos autē quibus diuinum lumen in men-
te choruscauit, ab illorum stultitia recedentes &
eligētes sapere incomparabiliter meliora & san-
ctorum patrum sequentes fidem, natum dicimus
vere ex Dei patris substantia filium Deum † de-
cibiliter & ineffabiliter & in subsistētia quidem
intelligi propria eademque substantia unitum ge-
nitori & esse, quidem in eo, habere vero rursus
in semetipso patrem. Confitemur autem esse lu-
men ex lumine, deum ex deo, secundum natu-
ram æquæ gloriæ & æquæ operationis, figuram-
que & splendorem & per omnia æqualiter haben-
tem & nullo modo imminuendum. Sic etiam an-
numerato spiritu sancto, sancta & consubstan-
tialis Trinitas in vna unitur natura diuinitatis.
Sed scriptura quidem diuinitus inspirata carnem
dicit factum Deum verbū, hoc est unitum carni
animam habentem rationalem. Sequens autem

† forte indi-
cibiliter.

CONCILIVM

euangelicas prædicationes sancta & magna Synodus dixit ipsum vnigenitum qui ex substantia Dei & patris natus est, per quem omnia & in quo omnia, propter nos homines & nostram salutem, aduenisse quidem de cœlis & incarnatum & hominem factum, passum & resurrexisse & quia secundum tempora veniet iudex. nominauerunt autem ex Deo verbum vnum Deum Iesum Christum. Contemplandum itaque quomodo vnum dicentes filium, deumque eum & Christum Iesum nominantes, ex deo patre natum dicunt & esse vnigenitum & deum ex deo & lumen ex lumine, natum & non factum, & consubstantialem patri, cum utique possit dicere quilibet qui & christi nomine aptetur non solum EMMANUEL sed etiam in aliis hoc positum inueniamus. Ait enim alicubi Deus de electis & sanctificatis in spiritu. Nolite tangere christos meos & in prophetis meis nolite malignari. Sed etiam sacratissimus David vnctum in regem à Deo per manum Samuel Christum Domini Saul appellat. Et quid hoc dicam quia facile sit considerare volentibus, inspicere eos qui in fide christi iustificati sunt & sanctificati in spiritu, honoratos ista vocatione? Abacuc denique propheta christi sacramentum & per eum salutem præconatus est, dicens: Egressus est ad salutem populi tui vt saluos facias christos tuos. Ergo christus nomen conuenit non solum & specialiter, sicut dixi, Emmanuel, sed etiam aliis omnibus quicumque sancti spiritus gratia fuerint vncti. Factus namque est ex re sermo, &

ab

EPHESINVM.

§

ab unguento vncti, id est à crismate christi vocantur. Quia verò etiam nos ipsi huiusmodi gloria, dignaque vere gratia ditati sumus, adfirmat dicens sapientissimus Ioannes. Et vos vnctionem habetis à sancto. Et iterum. Non opus habetis vt doceat vos aliquis, sed sicut eius vnctio docet vos. Scriptum vero est & de Emmanuel. Iesum à Nazaret, quia vnxit eum Deus de spiritu sancto & virtute. Sed etiam sacratissimus David ad eum alicubi dicit. Dilexisti iustitiam & odisti iniquitatem, propterea vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis. Quid ergo audebit aliquis amplius in sancta virgine præter alias licet peperisse eam dicat Emmanuel? Nihil enim absurdum est etiam si voluerit quispiam matrem vniscuiusque vnctorum Christi nominare genitricem. Immo multum interest, & incomparabilibus differentiis gloriæ & eminentiæ saluatoris nostri munientis ea quæ monstrata sunt. Nos famuli sumus, ille verò naturaliter Dominus & Deus, licet factus sit nobiscum & in his quæ sunt nostra dispensatiue. Propterea & beatus Paulus Christum eum nominavit & Deum, ita dicens.

HOC ENIM SCITO TE cognoscetes quia omnis fornicator aut immundus aut avarus, quod est idolorum seruitus, non habet hereditatem in regno Christi & Dei. Ergo alij quidem omnes, sicuti dixi erunt utique propter quod vncti sunt, Christi, solus autem Christus etiam Deus vere, qui Emmanuel est, neque veritate frustrabitur si quis voluerit dicere quoniam alio-

CONCILIUM

rum matres, Christi quidem genitrices, non tamen Dei sunt genitrices. Sola vero præter illas sancta virgo & Christi simul & Dei genitrix intelligitur ac profertur. Genuit enim non purum hominem secundum nos, sed incarnatum potius & hominē factum Dei verbum. † Nuncupamus etenim nos ipsi per gratiam, Dei, veruntamen non ita Deus filius, se natura magis & veritate, licet caro sit factus. Sed forsitā illud ais. Dic mihi, putāsne diuinitatis mater facta est virgo? Ad hæc quoque dicimus, quia natum quidem est indubitanter ex ipsa substantia Dei & patris viuentis atque subsistens eius verbum & in principio in tempore existentiam habet, semper coexistens genitori & in eo & cum eo existens est intelligendum. in nouissimis autem seculi temporibus quoniam caro factum est, hoc est vnitum carni animam habenti rationabilem, natū etiam dicitur carnaliter per mulierem. Assimilatur autem quodammodo natiuitati, secundum nos, sacramentum eius. Matres etenim terrenorum ministrantes naturæ ad nascendum, habēt quidem in vulua coagulata paulatim carnem & ineffabilibus quibusdam Dei operationibus procedentem & perfectam in specie humana. Immittit autem animali spiritū Deus quo nouit modo. Format namque spiritum hominis in eo secundum prophetæ vocem. Altera ergo carnis & altera similiter animæ ratio est. Sed licet sint istæ solummodo terrenorum corporum matres, attamen totum parientes animal quod ex anima constat

&

EPHESINVM.

& corpore, non partem peperisse dicuntur, neque dicere possis Elisabet carnis quidem genitricem non tamen animæ genitricem. Peperit namque animatum Baptistam & tanquam vnum ex ambobus hominem, anima dico & corpore. Tale aliquid gestum percipimus & generatione Emmanuel. Natum etenim est sicuti dixi ex dei patris substantia vnigenitum eius verbum. Quia vero carnem assumens & propriam eam faciens appellatus est & iam filius hominis & factus secundū nos, nihil reor absurdum dicere, magis autem & necessarium cōfiteri, quia natus est secundum carnem per mulierem sicuti denique & hominis anima cum proprio corpore nascitur & tanquam vnum reputatur ad illud, licet altera natura præter illam intelligatur, & sic secundum propriam rationem & si voluerit quispiā cuiusquam matrem dicere, quia est quidem carnis non tamē etiam animæ genitrix, nimis superflue loquitur. Peperit enim sicuti dixi bona arte compositum ex dissimilibus animal & ex duobus quidem, veruntamen hominem vnum manentem quidem utroque hoc quod est, concurrētibus autem velut ad vnitatem naturalem & quasi cōtemperantibus adinuicem quod velut proprium vtriusque est. Quia vero necessaria nimis est vnititas in Christo considerare facile & omnino sine labore est etiam ex aliis multis. Si tamen videtur, Age, Beati Pauli perscrutemur voces, perfectū sensum, sicuti possibile est, subtiliter attendentes. Ait enim de vnigenito.

B

CONCILIVM

QUI CVM in forma Dei esset non rapinam arbitratus est [esse] æqualis Deo. Ait quomodo exinanitus & descēdit ad humilitatem & formam seruilem, si quidem in duos diuidentes vnum dominū Iesum Christum, id est in hominem & verbum ex deo patre eum qui ex sancta virgine natus, est dicunt sustinuisse exinanitionem, separātes ab eo Dei Verbum, præostensum est quia & in forma & æqualitate intelligitur & fuit vt etiam exinanitionis sustineret modum vt hoc quod non fuit descendens. Sed nihil creaturarum est si secundum propriam intelligatur naturā in patris æqualitate. Quomodo ergo exinanitus dicitur, si natura homo existens natus est secundū nos ex muliere? Dic mihi ex qua seniori eminentia homine potiore, vt esset homo, descendit? aut quomodo intelligitur adsumpsisse tanquam non habens in principio serui formam, qui naturaliter conuersatus est inter homines & sub iugo seruitutis est positus? Sed aiunt. Vtique qui naturaliter & vere & liber filius ex Deo patre verbū in forma genitricis & ei æqualis existit, inhabitauit in homine nato per mulierem & hoc est exinanitio & humilitatis causa & in serui forma inhabitasse. Ita. O boni viri habitare solum in homine Dei verbum sufficit ei ad exanitionē, & cautum est dicere, quia ita suscepit serui formam & iste eius erit humilitatis modus. Cum audiam quippe dicentem sanctis apostolis. Si quis me diligit verbū meum custodiat & pater meus diliget eum & ad eum veniemus & mansione[m] apud

EPHESINVM.

10

apud eum faciemus. Audis quomodo diligentibus se cohabitare sibi & ipsum dixit Deum & patrem. Putas ergo ipsum vacuatum dabimus & similem sustinuisse humiliatum filio & serui formam suscepisse, quia diligentium se animas sanctas facit solas? Quid autem spiritus habitans in nobis? Putas & ipse inhumanationis dispensationem adimplet, an certe per solum filium gestam dicimus causam salutis omnium atque vitæ! Amoue sic superfluam & vanam omnino sententiam. Humiliauit igitur semetipsum verbum in forma Dei & patris existens, quando factum caro sicuti Ioannes ait, natum est per mulierem: & qui natiuitatem habet ex Deo patre, etiam secundum nos sustinuit pati propter nos. Nam doceāt ipsi quomodo ex Deo patre verbum Christus intelligatur atque dicatur a nobis. Si ab vngendo Christus nominatur, quem vnxit pater oleo exultationis aut sancto spiritu, si quid proprie eum qui ex eo & solo natus est Deum verbum & hoc esse dicunt quod verum ignorant, quomodo & vni geniti naturæ contumelias inferunt & dispensationis cum carne sacramenta corrumpunt? Si enim vnctus est sancto spiritu Deus existens verbum, eguisse eum sanctificatione etiam nolentes confitentur, secundum superiora adhuc tēpora quibus nōdum vnctus sine participio erat donationis postea ei donatæ. Quicquid vero sanctificatione priuatur, nutat per naturā neque intelligitur omnino inexpertum peccato aut non posse delinquere. Sustinuit ergo & mutationem

B ij

ad meliora forsitan verbum . Quomodo ergo idem ipse adhuc & non est mutatus, si Deus existens verbum & in forma & æqualitate patris vngatur & sanctificabatur? Dicet quilibet forsitan vel ex causa. Sed quis non dicit Dei genitricem esse Mariam? Sed non feci hoc propter eum interim ne qui dicerent, quia anathematizavit eum Alexandrinus episcopus siue synodus Aegyptiaca. Si autem cognouerint & qui in occidente & qui in Oriente sunt Dei cultores episcopi quia anathemati sunt omnes. nam & dicunt & confitentur quia Dei genitrix est sancta Maria, quomodo putas afficientur, aut quomodo non omnes contristabuntur? Et si non propter se, sed tamen propter sanctos patres in quorum conscriptionibus inuenimus, semper Dei genitricem nominatam Mariam. Si verò non videretur onerosum fore, multos direxissim libros plurimorum sanctorum patrum in quibus potest inueniri non semel sed plerunque voce posita. Quia confitentur esse Dei genitricem Mariam. Explicit.

CONTESTATIO PVBLICE PROPOSITA. *Missæ Constantinopolim à Cyrillo Alexandrino episcopo contra Nestorium.*

CONIVRO accipientem hanc chartam, per sanctam Trinitatem, vt eam palam faciat episcopis, presbyteris, diaconibus, lectoribus, laicis, habitantibus Constantinopolim. Insuper etiam exemplar

plar eis præbeat ad increpationem Nestorij quia similia sapit anathematizato Paulo Samosateno ante annos centum sexaginta ab Orthodoxis episcopis. Sunt autem quæ ab utroque dicta sunt, hæc. 1. ¶ PAVLVVS dixit. Maria verbum non genuit. 2. NESTORIVS confone dixit. Non genuit, optime, Maria diuinitatem. 3. Paulus dixit. Neque enim fuit ante secula. 4. Nestorius dixit. Et matrem temporalem officii temporum assignant diuinitati. 5. Paulus dixit Maria verbum suscepit, & non est senior verbi. 6. Nestorius dixit. Quomodo ergo se antiquiorem peperit? 7. Paulus dixit. Maria peperit hominem nobis æqualem. 8. Nestorius dixit. Homo, qui natus est ex virgine. 9. Paulus dixit. Melior est verò per omnia quoniam ex spiritu sancto & ex scripturis & ex promissionibus in eo gratia. 10. Nestorius dixit. Vidi enim (inquit) spiritum descendem quasi columbam & manentem super eum illum qui ascensionem ei donauit. Mandans inquit apostolis quos elegit per spiritum sanctum, assumptus est. qui videlicet tantam Christo donauit gloriam.

11. Paulus dixit. vt neque qui ex David ortus est alienus sit sapientia, neque sapientia in alio sic inhabitet. Etenim in prophetis erat, magis autem in Mose & in multis dominis potius autem in Christo, tanquam in templo. Et alibi dixit. Alium esse Iesum Christum & aliud verbum. 12. Nestorius dixit. Nunquid possibile est eum qui ante omnia secula natus est, aliud semet nasci & hoc

diuinitate? Ecce probatus est aperte transgressor
 dicens. Non est natus de Maria qui natus est de
 patre. Ecce cōsentit hæretico Paulo dicenti aliū
 esse verbum & alium Iesum Christum & non es-
 se vnum, sicut recta prædicat fides. Propterea
 designaui tibi ō Zelota sanctæ fidei & partem
 anathematis ecclesiæ Antiochenæ ex qua etiam
 christianorum vocabulum in primis habuimus,
 quia non nouit alium & alium filium Dei sed v-
 num qui ante omnia secula natus est, Deum ex
 Deo patre consubstantialem patri & eundē sub
 Augusto Cæsare ex Maria natum. Habet enim
 expressum Deum verum ex Deo vero consub-
 stantialem patri per quem & secula creata sunt, &
 omnia perfecta. Qui propter nos venit & natus
 est ex Maria sancta virgine & crucifixus sub Pō-
 tio Pilato & reliqua symboli. Concordat au-
 tem his & beatus Eustrachius qui fuit episcopus
 Antiochiæ vnus existens ex trecentis decem &
 VIII. episcopis in sancto magnoque concilio,
 dicens ita. NON SOLVM homo sed etiam
 Deus est sicut & Hieremias propheta dicit. Hic
 Deus noster, non reputabitur alter præter eum.
 Adiuuenit omnem viam discipline & dedit eam
 Iacob puero suo & Israël dilecto suo. Post hæc
 in terra apparuit & cum hominibus conuersatus
 est. Quando igitur conuersatus est cum homini-
 bus nisi quando natus est cum eis ex virgine &
 cum his infans & concreuit & comedit & conbi-
 bit, & alia? Si quis igitur præsumpserit dicere a-
 lium esse filium ante secula vnigenitum qui de
 patre

S. Eustra-
 chius.

patre natus est & aliū ex Maria virgine natum,
 non eundem vnum Dominum Iesum Christum
 ANATHEMA sit. Hæc contestatio posita
 est Constantinopoli in publico. adhuc tenente
 Nestorio sedem eiusdem Constantinopolis, &
 malè docente.

*Epistola Cyrilli Alexandrina ciuitatis episcopi ad
 Nestorium Constantinopolitanum episcopum.*

REVERENTISSIMO ET DEI
 cultori comministro Nestorio Cyril-
 lus in Domino Salutem.



BLOQVNTVR quidem, vt
 disco, quidam de mea opinione apud
 tuam reuerentiam & hoc frequentius,
 synodorum, quæ in fine sunt, tempora
 custodientes, magis puto, & delectare estimantes
 tuum auditum & inconsultas emittunt voces,
 læsi quidem nihil, increpati autem & hoc vti-
 liter. Alius quidem quia cæcos lædebat & pau-
 peres, alius autem tanquam qui in matrem gla-
 dium extenderit, alius verò cum ancilla furatus
 aurum alienū & huiusmodi semper opinionem
 habens, quam non orauit aliquis contingere ali-
 quibus etiam valde inimicis. At tamen non mihi
 multus huiusmodi sermo est, vt non super domi-
 num & doctorem, neque quidem super patres,
 existentis in me breuitatis extendam mensuram.
 Non enim possibile est prauorum euitare sceui-
 tates, si quo modo quis eligat viuere. Sed illi qui
 dem maledictione & amaritudine plenum ha-

3.
*Exstat sub
 duplici ver-
 sione, vnaq;
 tamē ab hac
 diuersa, in a-
 ctione primæ
 concilij Chal-
 cedonensis,
 ubi dicitur
 data mense
 Nephis, indi-
 catione xiiij.
 est autē mens-
 sis ille februa-
 rius apud Ec-
 clesios multum
 autem à pa-
 tribus concilij
 Chalcedonen-
 sis comenda-
 tur. extat &
 in 1. tomo cō-
 ciliorū inter
 fragmenta*

B iiij

*Concilij Ephe-
sini, & tertio
extat in 20.
tomo in noua
editione.*

*Quinta Sy-
nodi, sub alia
quoque ver-
sione sed pro-
xime ad hanc
accedente.*

*Psal. 13.
† al. commo-
nebo.*

Corin. 13.

† Matth. 18.

† al. leforū.

Nicena.

*Sequens hu-
ius epistolæ*

pars ab hoc

loco edita est

in epitome a-

ctorum huius

conclij una

cum epistola

synodica bea-

ti Cyrilli, sed

sub alia trāf-

latione.

bentes os, omnium iudici reddēt rationem. Con-
uertar autem rursus ego ad hoc quod me magis
condecet, & † commemorabo & nunc vt fratrem
in christo doctrinæ verbum, & fidei sensum cum
omni cautela facere ad populos, cogitare etiam
quia scandalizare vnū solū ex pusillis credētibus
in Christū, intolerabilē habet indignationem. † Si
autē multitudo sit tanta † mæretū, quomodo non
omni bona arte necessario cōstituamus, vt opor-
teat prudētius auferri scādela & fidei diligere ser-
monē quærētibus veritatē? Erit autē hoc & valde
recte, si sanctorū patrū legētes libros, pro magno
eos facere festinem⁹, probātes nosmetipfos si su-
mus in fide, secundū q̄ scriptū est, illorū rectis &
irreprehēsilib⁹ dogmatibus nostros intellectus
bene valde cōformem⁹. ¶ Ait igitur sancta & ma-
gna Synodus, ipsum ex Deo patre genitū filiū v-
nigenitū ex deo verò Deū verū, lumē de lumine
per quē omnia fecit pater, descēdisse inhumana-
ri, incarnari, pati, resurgere tertia die & ascendere
ad cælos. Hęc & nos sequi oportet verba & dog-
mata, cogitātes quid incarnari & humanari signi-
ficetur ex Deo verbū. Nō enim dicim⁹ quia ver-
bi natura trāslata facta est caro neq; quia in totū
hominē translata est ex animo corpore, Illud au-
tem magis quia carnem animatam animæ ratio-
nabili vnies Dei verbum sibi secundum subsi-
stentiam ineffabiliter inintelligibiliter factus est
homo & appellatus est filius hominis. non secun-
dum voluntatem solū aut complacitum, sed
neque vt in adsumptione personæ folius, sed
quia

quia diuersæ quidem ad vnitionem collectæ na-
turæ. vnus autem ex vtrisque Christus & filius,
non quasi differentia naturarum ablata propter
adunationem, perfecerunt autem magis nobis
vnum christum & filium & dominum Deitatis
& humanitatis, per ineffabilem & arcanum adu-
nationis concursum. Sic dicitur, licet ante secula
habens essentiam & genitus sit ex patre, nasci &
secundum carnem ex muliere Non quasi quod
diuina eius natura initium vt esset acceperit in
sancta virgine, neque quidem quod indiguerit
necessario propter se secūda natiuitate post eam
que ex patre est. Est enim fatuum etiam simul &
indoctum existentem [ante] omnia secula & con-
sempiternum patri indigere dicere initio vt sit
secundo. Quoniam autem propter nos & pro-
pter nostram salutem vnies sibi secundum subsi-
stentiam humanum corpus processit ex mulie-
re, ob hoc dicitur nasci carnaliter. Non enim pri-
mum homo natus est communis de sancta virgi-
ne, deinde sic descendit in eum verbum, sed ex
ipsa vulua adunitam sustinuisse dicitur natiuitatē
carnalem, vt pote suæ carnis natiuitatē propriā
faciens. Sic dicimus eum & pati & resurgere, non
quasi quod Dei verbum passum sit in sua natura
aut plagas aut fixuras aut altera vulnera. Im-
passibilis enim est deitas quæ incorporea est, sed
quoniam quod factum est eius corpus passum
est. Hęc igitur ipse dicitur pati pro nobis. Erat
enim impassibilis in corpore passibili. Secūdam
parem autem modum & in moriendo intelli-

*ad dendum
credo.*

mūs. Immortalis enim secum naturam & incorruptibilis & vita & viuificator est Dei verbum. Quoniam autem iterum eius corpus gratia dei secundum quod ait apostolus pro omnibus gustauit mortem dicitur ipse pati pro nobis mortem, non quasi quod in experientiam mortis venerit quantum attinet in eius natura. Percussio etenim est hoc dicere vel sentire, sed sicut diximus nuper, caro eius gustauit mortem, sic & resurgente carne iterum resurrectio eius dicitur, non quasi quod ceciderit in corruptionem, absit, sed quia suum iterum resuscitauit corpus, non quasi hominem coadorantes verbum, vt non sectionis fantasia introducatur cum dicitur corpus, sed vnum & eundem adorātes, quia non alienum est à verbo corpus cum quo & ipse confedit patri non vt duobus confidentibus filiis sed vno, secundum adunationem cum carne. Si autem secundum substantiam adunationem vel quasi impossibilem vel quasi indecoram recusamus, incidim⁹ vt duos dicam⁹ filios. Necesse est enim omnino diuidere & dicere hominem quidem specialiter filij vocatione honoratum, specialiter autem iterum Deum verbum filiationis nomen & appellationem habentem naturaliter Non ergo diuidendus est in duos filios vnus dominus Iesus christus. Proderit autem nullo modo rectæ fidei rationi ita dicere, licet personarum vnitionem diuulgent quidam. Non enim dixit scriptura, quia verbum, hominis personam aduniuit sibi, sed quia factum est verbum. nihil aliud

Heb. 2.

1edn. 1.

liud est nisi quia similiter nobis participatus est sanguinis & carnis. suum etiam corpus nostrum fecit & processit homo ex muliere nō abiciens esse Deus & ex deo nasci patre sed in adfūptione carnis permanens quod erat. Hoc allegat vbique integræ fidei ratio. ita reperimus sanctos sapuisse patres, sic præsumpserunt Dei genitricem dicere sanctam virginem non quasi naturā aut deitate eius initium vt esset accipiente à sancta virgine, sed vt nato ex ipsa sancto corpore, animato etiā rationabiliter, cui & secundum subsistentiam adunitum verbum, nasci dicitur secundum carnem. Hæc & nunc ex dilectione quæ in christo est, scribo, pœnitens vt fratrem, † & contestans coram Deo & electis angelis, hæc nobiscum sapere & docere, vt custodiatur ecclesiarum pax & concordia & dilectionis vinculum indiruptū permaneat sacerdotibus Dei. Alloquere apud te fraternitatē te, quæ nobiscū est, in Christo salutat.

† al. sanguini & carni.

† al. rogans. al. quærens.

Incipit epistola Nestorij Constantinopolitani episcopi ad Cyrillum Alexandrinum episcopum.

REVERENTISSIMO ET DEO-
amabili comministro Cyrillo Nesto-
rius in domino salutem.

al. venerabili & Reverendissimo, &c.



NIVRIAS quidem quæ contra nos sunt mirandarum tuarum literarum dimitto, vt pote medicinali patientia dignas, & per ipsas literas tunc tempore ad eas responsionem. Quod verò taci-

4
Extat in noua editione. Quinta synodi, collatione sexta.

urnitatem non patitur, quasi magnum ferat, si ta-
ceatur, periculum, Hoc secundum quod possi-
bile est, nō ad multiloquium tendens, facere ten-
tabo, narratione compendiosa obscuri & indige-
stibilis longi sermonis vomitum cauens. Incipiā
autem à sapientissimis tuæ dilectionis vocibus
ipsas iisdem sermonibus apponēs. Quæ sunt igitur
admirandæ tuarum literarum doctrinæ vo-
ces? S A N C T A, inquit, & magna synodus, ip-
sum ex deo & patre secundum naturam genitum
filium vnigenitum ex deo vero deum verum, lu-
men de lumine per quem omnia fecit pater, de-
scēdisse incarnari, humanari, pati, resurgere. Hæc
sunt tuę reuerentię verba & cognosces forte quia
tua. Audi verò & à nobis fraternam pro pietate
ammonitionem quam & magnus ille Paulus [†] a-
moto à se Timotheo contestatus est. Attende le-
ctioni, consolationi, doctrinæ. Hoc enim faciens
tibi proderis, & audientibus te. Quid autem mi-
hi in hoc attendere vult? quia sanctorum illorum
ex superficie legens traditionem, venia dignam
ignorasti ignorantiam? possibile eos dixisse arbi-
tratus, patri consempiternum verbum? Inspice si
placet, dicta, diligentius & sanctum reperiēs pa-
trum chorum non consubstantialem patri deita-
tem passibilem dicentem, nec recentem natiui-
tatem patri consubstantialem nec resurgentem
eam quæ solum templum suscitauit. Et si mihi
aures in fraternam medelam adhibueris, ipsas ti-
bi sanctorum illorum voces opponens, à calum-
nia quæ contra illos est liberabo & ab illa quæ
contra

† *al. amato.*
I. Timot. 4.

contra diuinas scripturas per illos est. ¶ Credo
igitur & in dominum Iesum Christum filium
eius vnigenitum. Considera quomodo dominus
& Iesus Christus vnigenitus filius. Primum po-
nentes communia deitatis & humanitatis vt fun-
damenta, nomina, tunc humanationis & passio-
nis, & resurrectionis superædificāt traditionem,
vt nominibus naturæ vtriusque communibus
quibusdam significatiuis propositis, neque quod
filiationis & proprietatis est, secetur, neque ea
quæ naturarum sunt, in filiationis singularitate,
confusionis exterminatione periclitentur. In hoc
enim eis eruditor Paulus factus est, qui humanationis
diuinæ memoriam faciens, & futurus inferre
quæ passionis sunt, prius ponens Christus, cō-
mune sicut Paulo ante dixi naturarum nomē, in-
fert sermonem vtrasque concedentem naturas.
Quid enim dixit? Hoc sapiatur in vobis quod &
in Christo Iesu, qui cum in forma Dei esset, non
rapinam arbitratus est esse æqualis Deo, sed, ne
per singula dicam, obediens factus est vsque ad
mortem, mortem autem crucis. Quoniam enim
memoriam mortis facturus erat, ne Deum verbū
Deum hinc aliquis æstimet passibilem ponit, Chri-
stus, [tanquam] impassibilis & passibilis substan-
tiæ in singulari persona appellationem significa-
tiuam quatenus impassibilis Christus & passibi-
lis sine periculo nominetur. Impassibilis quidem
deitate, passibilis autem corporis natura, multa
dicere de hoc valens. Et primum quidem neque
natiuitatis in dispensatione, sed humanationis

sanctos illos memoriam fecisse patres, brevis sermonis in initiis pollicitationem sentio refrænare sermonem & ad secundum tuæ dilectionis mouere capitulum, in quo naturarum quidem laudabam diuisionem secundum humanationis & deitatis rationem & earum in vnius personæ coniunctionem, & cum domini verbum secunda ex muliere non eguisse dicitur natiuitate passionis incapabilem profiteri deitatē. Orthodoxa enim, sicut verè est, huiusmodi sunt, & hæresium omnium prauis sensibus circa dominicas naturas contraria. Reliqua autem siquidem aliquam sapientiam occultam inferebant legentium auribus incomprehensibilem, tuæ est diligentia scire. Mihi ergo prima peruertere videbatur. In primis enim impassibilem prædicatum & secundæ natiuitatis incapabilem, iterum passibilem & in recenti iterum creatum nescio quomodo intulisti, quasi hæc quæ secundum naturam Dei verbi sunt, templi copulatione corrupta sint, aut parum aliquid hominibus putetur, quod sine peccato templum & à diuina inseparabile natura pro peccatoribus natiuitatem & mortem sustinisset, aut non credi debeat dominica vox ad Iudæos clamans. Soluite templum hoc & in tribus diebus suscitabo illud. Non soluite meam diuinitatem, & in tribus diebus suscitabitur. Rursus dilatare hic volens, à tuæ promissionis recolligor memoria. Dicendum tamen est breui sermone me vtente. Diuina scriptura quando memoriam facit dominicæ dispensationis, natiuitatem nobis aut passionē non deitatis,

2047.20.

tatis, sed humanationis Christi tradidit, vt vocetur secundum integram appellationem Sancta virgo Christi genitrix non Dei genitrix, Et audi hæc euangelii clamantibus. LIBER, inquit. generationis Iesu Christi filij David filij Abrahæ. Et certum est quia David filius Deus [verbum] non erat. Accipe & aliud si placet testimonium. *Matth. 1.* Jacob autem genuit Ioseph virum Mariæ ex qua natus est Iesus qui dicitur Christus. Considera iterum alteram attestatē nobis vocem. Iesu vero generatio ita est. Desponsata enim matre eius Maria Ioseph, inuenta est in vtero habens de spiritu sancto. Creaturam verò spiritus quis vtique vnigeniti æstimabit Deitatem? Quid oportet dicere, & quod ait quia mater Iesu erat ibi? & rursus. Cum Maria matre eius & quod in ea natum est, de spiritu sancto est. Et, accipe puerum & matrem eius & fuge in Aegyptum. Et, de filio eius qui factus est ei ex semine David, secundum carnem. Et de passione rursus. quia Deus suum filium misit in similitudine carnis peccati, & de peccato condemnauit peccatum in carne. Et iterum Christus mortuus est pro peccatis nostris. *1. Petr. 3.* Et Christo passo carne, & hoc, non deitas, sed corpus meum, quod pro vobis frangitur, & mille aliis vocibus protestantibus hominum genus non filij putare deitatem recentem, aut passionis corporeæ capabilem sed coniunctam naturæ deitatis carnem. Vnde & dominum David Christus semetipsum & filium nominat. Quid enim, ait, vobis videtur de Christo? Cuius est filius? Di-

Matth. 1.

† al. erat. ibid.

Ioan. 22.

Matth. 23.

Roma. 1.

Roman. 8.

CONCILIUM

cunt ei. David. Respondit Iesus & dixit eis. Quomodo ergo David in spiritu Dominum eum vocat dicens. Dixit Dominus Domino meo sede à dextris meis? ut pote filius existens omnino David secundum carnem secundum deitatem autem dominus. Esse enim filij deitatis, corpus templum & templum secundum summam quandam & diuinam vnitam coniunctionem, quatenus propria ducat, quæ eius sunt diuina natura, confiteri bonum est & dignum euangelicarum traditionum. Nomini verò propriæ factæ carnis ^{† al. adscribere.} atterere etiã carnis proprietates, natiuitatem dico & passionem & mortem, aut errantis est, secundum paganos, frater, intelligentiæ, aut ^{† al. desipientis.} legementis Apollinarij & Arrij & quæ sunt aliarum ægrotantium hæreseon. Magis vero illis aliquid grauius. Necessitas. n. est ad proprietatē huiusmodi substratum nominis & lactis nutrimenti socium propter proprietatem Deum verbum facere & paulatim incrementi facere & in tempore passionis, paucis etiam, & angelico auxilio eguisse. Et taceo circuncisionem & sacrificium & sudores quæ tanquam propter nos carni quidē contigerunt, adoranda coaptanda. In deitate vero hæc mendacia sunt, cum suscipiuntur & nobis calumniæ & blasphemiam condemnationis causa. hæc sunt sanctorum patrum traditiones, hæc diuinarum scripturarum præcepta. Sic aliquis & quæ sunt misericordiam diuinam, & quæ sunt auctoritatis Deificæ loquitur. Hæc meditare. in his esto, ut tuus profectus manifestus sit omnibus, Paulus ad omnes dicit.

EPHESINVM.

dicit. Quod vero pro scandalizatis curam geris ^{1. Timoth. 4.} sollicitus, & gratulamur diuinorum curam gerenti animæ tuæ, & de nobis sollicitæ. Cognosce autem deceptum esse temetipsum ab eis qui hinc in sancta synodo depositi sunt, ut pote quæ sunt Manichæorum sapientes, aut forsan à clericis qui sunt tuæ charitatis. ^{† al. quibus} Quæ sunt enim ecclesiæ cotidie proficiunt, & populi in augmentum per gratiam Dei sunt, ut videntes multitudines quæ sunt prophetæ clament. Implebitur terra ad cognoscendum dominum, quasi aqua multa cooperire maria, etiam quæ regni sunt, in supereminenti lætitia sunt, illuminata dogmate. Et ut colligens scribam, illam in omnibus hæresibus, quæ contra Deum reluctantur ecclesiæ rectis dogmatibus cotidie quis reperiet vocem impleri. Domus Saul ^{2. Reg. 3.} ibat & infirmabatur, & domus David, ibat & firmabatur. Hæc à nobis, ut pote fratribus, ad fratrem suasiones sunt. Si verò aliquis contendit. præconabitur & per nos, ad huiusmodi, Paulus, ^{1. Cor. 12.} Nos talem consuetudinem non habemus, nec ecclesia Dei. Omnem quæ tecum est in Christo fraternitatem & ego & qui mecum sunt, plurimum salutamus. Incolumis orans pro nobis per maneat domine honorandissime & ^{† al. Deicitur.} Deo amabilis. ^{† al. Deicitur.}

C


CONCILIVM

Suscipiens autem archiepiscopus Romæ Cælestinus quaterniones expositionis ipsius Nestorij per Antiochum, & inueniēs eos plenos blasphemis, insuper etiam ammonitus ab Archiepiscopo Cyrillo, quia non reciperet Nestorius consilium aut admonitionem ad recte sapiendum, scripsit ei & ipse Cælestinus excommunicationis epistolam, definiens etiam decem dierum inducias. Est enim hæc.

EPISTOLA CÆLESTINI Pape ad Nestorium.

DILECTISSIMO FRATRI
Nestorio Cælestinus.

5.
Exat &
ibidē in noua
editiōe quin-
ta synodi cō-
sess. 6. pag.
664.



LIQVANTIS diebus vitæ nostræ post nefandum & sæpe damnatū dogma Pelagij atque Cælestij, catholicā fidem quies habuit quando eos cum suæ disputationis sequacibus telo unitæ sententiæ occidens oriensque percussit. Denique sanctæ recordationis Atticus catholicæ magister fidei & verè beato Ioanni etiā ad ista successor eos ita persecutus est pro rege communi, vt his ne standi quidem copia illic præstaretur. Mansit nos post eius exitum sollicitudo vel maxima, cum successor suus vtrum etiā in eius fide succederet quæreremus, quia difficile est continuari quæ bona sunt, nam sæpe sibi alternis vicibus mala succedūt. Habuimus tamen post hunc
à quo

EPHESINVM

18

à quo eramus cōtinuo deserendi sanctum Sifinium celebratum simplicitate & sanctitate collegam eam fidem quam inuenerat prædicatē. Legerat profecto simplex sanctitas & sancta simplicitas timendum magis quam alte sibi esse sapiendum. & alibi altiora scrutanda non esse. & iterū. Si qui aliud prædicauerit quam quod prædicauimus anathema sit. hoc tamen exeunte de seculo, cum se sollicitudo nostra in tātum inquantum ei dominus permisit extenderet, lætificauit animum nostrum venientium narratio nuntiorum, quam mox formauit eorum qui interfuerunt ordinationi tuæ relatio collegarum qui tibi testimonij tantum tulerunt, quantum ferri huic debuit qui aliunde videbatur electus. Tāta ante opinione vixisti vt tuis te aliena ciuitas inuideret, tanto nunc horrore vitaris, vt tui in aliis videant, qualiter fuerint liberati. Dudum sumpsimus epistolas tuas quib. in angusto nihil potuimus dare responsi. Erat. n. in latinum sermo vertendus. Quod cum, licet fero, facimus, sancti fratris & coëpiscopi mei Cyrilli probatissimi sacerdotis per filium meum possidoniū diaconum talia de te scripta suscepimus, quib. his qui de tua ordinatione retulerant perisse suum testimoniū doleremus. Bonis. n. principijs tuis malus quantum videmus successit euentus. Bonis inquam principijs quæ apud nos ita celebrata fuerant vt responsum dantes ad relationem fratrum nos faceremus participes gaudiorum. Sed considerantes nunc & querelam de te prædicti fratris, & in-

C 17

terpretatas tandem epistolas tuas apertam blasphemiam continentem, illud nobis apostolicum videmus esse dicendum. Vellem mutare vocem meam quia confundor in vobis. Quin imò mutui nisi de præcipiti se reuocet impius disputator. Necesse est enim malum ex nobis ipsis sicut præcipitur auferamus. Legimus ergo epistolarum tenorē, & eos libros quos illustri viro filio meo Antiocho reddente suscepimus. In his quidem nobis vestigatus deprehensus & tentus quodam multiloquio labebaris dum vera inuoluis obscuris rursus vtraque confundens vel confiteris negata vel niteris negare confessa. Sed in epistolis tuis apertā non tam de fide nostra quā de te tulisti sententiā. Volens de deo verbo aliter quā fides habet omnium disputare. Ecce nunc inquam de te vocamur sententiam. Ecce quæ tuarum sunt beneficia nouitatū. Postquam ignoratus electus es & cognitus accusaris? iam nunc cum illo gentium doctore dicendum est. Nam quid oremus secundum quod oportet nescimus. Nonne hæc ecclesiæ illi verba conueniunt, quæ probatos sibi viros non noticiā tuam sed famam secuta contempnit. Impositū est opinioni bene de te credentium. Quis enim intra ouile velut rapacem lupum putaret abscondi. Vox est eiusdem Apostoli, oportere etiam hæreses esse, vt probati manifesti fiant. Aperi aures tuas, & eiusdem ad Timotheū & Titum dictos audito sermones. Quid his aliud præcipit, quam vt nouitates vitent vocum prophanas, ad impietatem

eatem quippe ista proficiunt, quæ semper spinas & tribulos intulerunt, Timotheum certè etiam rogasse se dicit, vt Ephesi remanens denunciaret quibusdam, nè quis aliter predicaret. Ante oculos mihi Ieremiæ prophetæ verba sunt. Horribilia inquit facta sunt super terrā. Prophetæ iniquitatem prophetant. Hæc, dicas, volo, quasi ignota te transeunt, aut quasi nota contemnis? Si quasi ignota te transeunt, non sit pudori discere rectū: quando timori non fuit docere peruersum. Si quasi nota contemnis, intelligis te inexcusabilem fore, cum à te commissi tibi talenti quæsiuerit ille rationem, qui per nos de hoc seculo scenori suo lucrum semper expectat. Aspice quæ pœna illum maneat, qui abscondit acceptum, qui integrum certè restituit, quod accepit. Vnde euidenter aduerte, quid sit & quale periculum, nequid quod acceperis reddidisse. An tu domino nostro dicturus es, quos dedisti mihi, custodiui, num sic scindi in partes audiamus eius, ecclesiam. Quæ conscientia viuis penè ab omnibus in hac ciuitate desertus? Optauerā eos tunc fuisse tam cautos, quam nunc sunt, cum sibi desiderant subueniri. Vnde tibi in has quæstiones verba dirigere, quas sit blasphemum cogitasse, Vnde in populos hæc episcopus prædicare, quibus virginis partus reuerētia laucietur, Non debent veteris fidei puritatem blasphema in dominum verba turbare. Quis vnquam non dignus est anathemate iudicatus, & adiiciens vt retrahens fidei plenæ. Et enim manifeste tradita à apostolis nobis nec au-

gmentum nec immunitiōē requirit. Legimus libris nostris nō addi debere nec retrahi. Magna quippe & addentem & retrahentem pœna constringit. Scimus certē maiora vitia maiore semper dolore sanari. Inter multa, quæ à te impiè prædicata vniuersalis recusat ecclesia Symbolo ab Apostolis tradito plangimus hæc verba fuisse sublata, quæ nobis totius spem vitæ salutisq̄ue promittunt. Quod quare fiat loquūtur epistolæ tuæ, de quibus nulla dubitatio est, quia eas ipse misisti, quas in manus nostras nolueramus venire, ne de tanti cogere sceleris genere iudicare. Omnium disputationum tuarum vias breuis earum sermo conclusit. Extendisti te latius multis amfractibus circumisti. Sero tamen diuerso itinere peruenisti ad impium constitutum. Scimus quid ille cauerit, qui præcepit contentiones & pugnas legis esse vitandas. Sunt enim inquit, inutiles & vanæ. Quid igitur vanum & inutile iudicatur, nemo dubitet minimè profuturum. Itaque quanuis frater Cyrillus secundis te epistolis suis asserat esse conuentum, intelligas volo post primam & secundam illius & hanc correptionem nostram, quam constat esse iam tertiã, ab vniuersitate collegij & conuentu christianorum te prorsus esse seiunctum, nisi mox quæ malè dicta sunt, corrigantur, nisi in eam viam redeas, quam se Christus esse testatur. Malè in hac arma desperatione moti, qui te super familiam suam velut fidelem prudentemque seruum permiserat ante constitui. Perit tibi huius officij beatitudo promissa.

Non

Non solum non das cibum in tempore, verum etiam veneno interficis, quos ille suo sanguine & sua morte quæsiuit, venenum namque sub tuis labiis quæ maledictionis & amaritudinis plena videmus, cum contra eum, quis suavis est, niteris disputare. Vbi diligentia pastoralis? Pastor bonus animam suam ponit pro ouibus suis, mercenarius verò eas lupis dimittit & tradit. Quid hîc tu pastor acturus es, qui dominicum gregem pro lupis ipse discerpis. Ad quæ iam grex sanctus septa confugiet, si intra ouilia ecclesiæ faucietur? Qua futurus est tuitiōe defensus, qui te patitur pro custode raptorem. Et alias, inquit dominus oues habeo, quæ non sunt de hoc ouili, & illas oportet me adducere. ille alias se promittit adducere, tibi pereūt, quas habebas, si quidem certum sit, quotiens ista contingunt, non oues pastoribus, sed magis ouibus perire pastores, & vocem inquit meam audient. Quare? vt fiat vnus grex. Ad illius vocem vnus fit grex, ad tuã autem interficitur aut fugatur. Durū est, vt in te de actibus Apostolorum beati Pauli verba conueniãt. Ego inquit scio, quia intrabunt post discessum meum lupi graues in vos non parcentes gregi, & ex vobisipsis exurgent homines loquentes peruersa, vt abducant discipulos post se. Hæc à te aliis quam tibi dicta velimus, docenda enim tibi fuerant non discenda quæ dicimus. Nam quis ferat docendo episcopū, qualiter debeat esse Christianus. Diligenter aspice in quam conditionem voceris, Incesseris, argueris, accusaris. Quid horū

C iij

conuenit sacerdoti? duris dura respondeo. Si tamen vicissitudo est? Verbis blasphemiae vindicare. An tibi à nobis existimas esse parcendum, cum animæ tuæ ita ipse nō parcas, vt omnibus & præteritis & præsentibus & futuris beneficium salutis adferre. Persequar planè boni domini mei fidelis seruus inimicos, cum Propheta asserat eos odiose odisse perfectio, Moneor rursus altero loquente, nè parcam, Quem hîc ego respiciam, cui honoris aliquid seruem quando agitur, vt mihi totius spei meæ causa tollatur. Ipsius in Euangelio verba sunt Ioanni, quibus ait non patrè, non matrem, non filios, non aliquam necessitudinem debere præponi, est enim talis frequenter pietas, ex qua nascatur impietas cum vincète carnis affectu charitati illi, quæ deus est, charitas præponitur corporalis intuitus, aliquibus sæpè deferimus. At cum in hunc tenditur, qui est ipsa dilectio, necesse est nè illa seruentur, quorum auctor vocatur ad causam. Expergiscere tandem, quia non sunt istæ dicendæ vigilæ, quas non exhibes custodię sed rapinę, dormire te vellemus in hoc, quod impugnas, leuiùs certè ferremus, si in utroque dormires, nemo tibi perditus esset, nemo quæsitus, nullo animarum dispendio mereret ecclesia, nullo compendio lætaretur, satius ei esset, si hanc sponso suo, ita vt suscepas, resignares. sed quid multis immoror, loquente architecto Paulo frustrà per te super ædificatū aliquid, quæro, in quo non inuenio fundamentū. Audio inde maximam catholicæ sentientes quibus nos com-

munic-

municamus clericos sustinere, ita vt his etiam ciuitas interdicator, lætamur eos præmium confessionis acquirere, sed dolemus quod episcopo persequente beatus apostolus Paulus persecutore prædicatorem mutauit, nefas est maximum prædicatorem persecutore mutatum dirigere in numerum retro hæreticos, qui huiusmodi quæstiones ecclesiis intulerunt, quis vnquam de hoc certamine victor reuertit? Habes certæ tuæ ciuitatis exemplū, Paulus ciuis Samosatheus occupata Antiochena ecclesia cum aliqua prædicaret, collegit suorum seminū messem, reliquos inuentores malorum ecclesiis occupatis sententiæ censura semper non dispar eiecit, hos quoque hæreticos, de quibus nos velut eorum, quæ gesta sunt, nescius consulere voluisti, sedibus suis iniusta dicentes expulit iusta damnatio, quos illic inuenisse requiem non putamus esse mirādum. Inueniunt enim impiam prædicationem, cuius comparatione se existiment innocentes. Hoc loco quia oportunitas sermonis exposcit, tacere non possumus, quod stupemus legimus quam bene teneas originale peccatum, qualiter ipsam naturam asserueris debitricem, & eum debitum meritò reddere, qui descendit de genere debitoris, Quid tecum faciunt, qui sunt hæc negādo damnati? Nunquam sine suspitione ea, quæ sibi sunt aduersa, conueniunt, Eiicerentur denique, si tibi quoque similiter displicerent. Cur tantum nunc ea, quæ in hos, tūc sunt acta quæruntur, cum certum sit illinc ad nos catholico tūc antistite attico

gesta directa? Cur nõ sanctæ memoriæ Sifinnius ista quæsiuit. Quia vtique sub decessore suo probauerat eos iure damnatos. Defleāt infelices spe se hominum fuisse deceptos, quibus iam potuit propter cõmunionem sola pœnitentia subuenire. Ecce scire de his incipis, si qua ante nesciisti. Causam tuam magis modo quam aliorũ catholica & festina deliberatione curato. Quia conuenienter dicimus, medice cura te ipsum, qui aliis desideras subuenire. Aegritudinis tuæ qualitas non recipit aut præstari permittit inducias. Alexandrinæ ecclesiæ sacerdotis fidem & probauimus & probamus. Et tu admonitus per eum rursus senti nobiscum, si vis esse nobiscum. Cui fratri si à te probeatur assensus dānatis omnibus quæ huc vsque sensisti, statim hæc volumus prædicere, quæ ipsum videas prædicare. Hos contra fas & sacerdotes volumus esse correctos, quibus vt præmissa conuentione consulimus, ita in hos necesse est, damnationis sententiam, si abutuntur nostra salubri admonitione, firmemus. Hoc tamē erit post dānationis prauis dogmatis plenũ correctionis indicium. Reuocētur omnes ad ecclesiam, qui propter Christum caput eius videntur exclusi. Reuocentur omnes, Quod nisi fiat, quod dicimus eiiciendus eiecit, Quauis in nostra cõmunionem sint isti, in quos talis cognoscitur extitisse. Ad clerum quoque ecclesiæ Constantinopolitanæ vt omnes, qui censentur nomine christiano, qualia necessitas exigit scripta direximus, vt si in peruersæ disputationis obstinatione persistis,

sistis, neque hæc, quæ frater Cyrillus nobiscum prædicat, prædicaris, à nostro collegio, cum quibus tibi non potest esse communio, te intelligant separatũ, scituri exemplo iam cauti qualiter animæ suæ decocto, & maturo iudicio debeāt prouidere. Aperte igitur scias hanc nostram esse sententiã, vt non de domino Christo nostro ea esse prædices, quæ & Romana & Alexádrina, & vniuersalis ecclesia catholica tenet, sicut & sacrosancta Constantinopolitanæ vrbis ecclesia ad te vsque optimè tenuit, & hanc perfidam nouitatem, quæ hoc, quod venerabilis scriptura cõiungit, nititur separare, intra decimum diem à primo innotescantis tibi huius contentiõnis denumerandum aperta & scripta professione damnaueris, ab vniuersalis te ecclesiæ catholice cõmunionem deiectum. Quam formam ad te nostri iudicij per memoratũ filium meum Possidoneum diaconum cum omnibus cartis ad sanctum confacerdotē meum memoratæ Alexandrinæ vrbis antistitem, qui ad nos per hunc ipsum plenius retulit destinaui, vt agat vice nostra, quatenus statum nostrum vt tibi & vniuersis fratribus innotescat, quia omnes debent nosse, quod

agitur, quotiens omnium causa tractatur. Data III. Id.

Aug. Theodosio XIII.

& Valentinia-

no. III.

CONCILIVM

EIVSDEM CAELESTINI EPI-
stola ad Clerum & populum Con-
stantinopolitanum.



CAELESTINVS EPISCO-
PVS presbyteris & diaconibus cle-
ri domini seruis, & catholico populo
de gentibus Constantinopoli dile-
ctissimis fratribus in domino salutem. Ad eos
mihi qui faciunt ecclesiam locuturo det apo-
stolicus sermo principium, vt sancti discipuli
prius audiant illius qui prædicauit gentibus ver-
ba doctoris. Preter illa, quæ sunt inquit extrinse-
cus instantia mea quotidiana sollicitudo omnium
ecclesiarum. Et rursus. Quis infirmatur & ego nõ
infirmor. Quis scandalizatur & ego non vror? Ita
& nos licet longè positi vbi peruersitate doctri-
næ cognouimus nostra membra lacerari paterna
sollicitudine nos vrente pro vobis alienum fla-
grauimus incēdium, licet inter ecclesias dei quæ
in vnum Christi thalamum vbique referuntur,
nihil censeatur alienum, cum ergo nostra viscera
suis, iure trepidauimus nè fidem vestram, quæ v-
bique prædicatur à tramite veritatis insinuatio
malè docentis auertat. Nam Nestorius Episco-
pus de virgineo partu & de diuinitate Christi
dei saluatoris nostri velut eius reuerentiæ & cõ-
munis omnium salutis oblitus, nefanda prædicat,
vitanda persuadet, sicut & eius scripta ad nos ab
ipso propria subscriptione transmissa, sicut etiam
relatio facti fratris & coëpiscopi mei Cyrilli per
filium

EPHESINVM.

23

filium meum Possidoneum diaconū ad me missa
patefecit. Quibus omnibus recē sitis magnam vi-
tandamque peruersitatem impiæ prædicationis
inuenimus. Humanam enim in Christo nostro
discunt diuinamque naturam, nunc solūm ho-
minem, nunc ei societate Dei quotiens tamē di-
gnatur assignans. Sed nos sicut Hieremias ait ta-
lium prophetarū vanos nõ poscamus audire ser-
mones. Audias & Ezechielem, & quid sibi im-
mineat, recognoscat. Extendam inquit manum
meam super prophetas, qui vident mendacia, &
loquuntur vana in populi mei non erunt disci-
plina, neque in scriptura domus Israël scribentur
& in terram Israëli non intrabunt, quia populum
meum seduxerunt, vbi est debita erga sanctum
gregem cura pastoris? Vbi est dominorum sol-
licitudo septorum? Quid spei habeat grex, quan-
do lupum se ipse pastor ostendit, & sic oues in-
uadit vt grassetur in singulas? Eo nanque ore la-
niantur, quo impia proferuntur. Præbentur pa-
bula nõ refectura, sed noxia. Beatus tamen grex,
cui dedit dominus de pascuis iudicare. Vnde si-
cut vos facere non ambigimus, impiam dispu-
tationē debet fides nostra respuere, & apud vos
vigilantes in Christo, inter cibum & venenum
sit certa discretio, & permaneatis in his, quæ ser-
mone superiorum pastorum docente didicistis,
scientes fuisse vobis hætenus sacerdotes magi-
sterio & sanctitate pollentes, qui nunquam à pa-
ternis traditionibus demantes ecclesiam domini
summa quiete rexerunt. Nam vt à recentioribus

inchoemus, quid nō animis nostris eruditio sanctæ memoriæ Episcopi Ioannis infudit, cuius sermo astruens catholicam fidem toto orbe diffusus est? Quis nūquam per doctrinam suam defuit, quia vbiunque lectus est, prædicavit. Illius diligentia prudentiæ constantia celebrata successit. Rexit enim sanctæ memoriæ Episcopus Atticus christianum populum decessoris exemplo, & sacrilegos persecutus est hæreticorum furores. Habuimus hoc decedente beatæ memoriæ Sisinnium scientem quid possit gloriæ remanere, si integra & intemerata & quæ ad se vsque pervenerant catholici fidei ornamenta servaret, intelleximus ei nec columbæ simplicitatem, nec prudentiam defuisse serpentis. Fleuimus fratres charissimi velut præscij futurorum, citò vos eius præsidio destitutos. In hoc enim qui de deo nostro aliter disputat quàm ipse de se? quàm de ipso apostoli tradiderunt, quid spei inueniamus ignoro, qui non solum attritos non alligat, sed attrerit alligatos, non solum elisos non eleuat, sed etiam stantes conatur allidere, non solum dispersa non colligit, sed & collecta dispergit, Quamuis nec conteri possit domino mens dicata, nec elidi qui stat Virtute cœlesti, sed nec sancta turba dispergi. Apertè enim dilectioni vestræ, quod sine lachrymis nō possumus dicere, nunciamus, mouit disputator vester prælium veritati, antiquæ fidei intulit manus. Impugnat Apostolos, prophetas respuit ipsius domini nostri de se dicentis verba non sequitur. Cuius religionis & quibus

legibus

legibus se episcopum dicit abusus nouo & vetere testamento. Nam & intellectum figuræ respuit, & inter nos Versatā nō recipit veritatem. Aliter deniq; Christi domini nostri tractat archanū quàm fidei nostræ patitur sacramentū, quod reuerenter secutus est omnis catholicus disputator. Nemo enim benè religioni deditus aliud de Christo sentit, quàm de se voluit ipse sentiri. Mouit aliquanto sacrilegam quæstionē Samosatenus Paulus, cūm sanctæ apud Antiochiam ecclesiæ præesset. Sed eum de trono, cui feraliter prædebat, sacerdotum catholicorum sententia vnitas deiecit. Semper enim abscindendi huiusmodi, qui cōturbantes animum populi christiani, & pro arbitrio suo euangelia virtutes deo fructificare non possunt, & colenda est vinea, quæ ius possessoris cognoscat. Certum est autem, quia tales sermonum nouitates de vanæ gloriæ amore nascuntur. Dum sibi nonnulli volunt acuti perspicaces & sapientes iudicari, quæritur, quid noui proferant. Vnde apud animos imperitos capitalem acuminis gloriam consequantur. Sed quis vnquam veram gloriam, dum sibi sapiens videtur, obtinuit? Deus enim noster infirma mundi elegit contra fortia & sapiētes permulgādi stulta cōfudit. Quis in mundi sapientia gloriatur? non qui se confiteatur esse de mundo, nisi quis illius se negat esse discipulum, qui ait se non esse de mundo, vna gloria gloria, vt sicut ait apostolus, qui gloriatur, in domino gloriatur. Nonne huic nostro Episcopo, sed nunc vsque nostro, nisi, quod credimus;

CONCILIUM

credat, videmus hanc sententiam cōuenire. Stultus factus est, cū se dicit sapientem. Professa quippe stultitia est, illum quem dei scimus esse sapientiam virtutēque nescire. Nescire enim se ea, quæ discutit, confitetur. Nec hunc dilectio vestra miretur à via veritatis errasse, quem christum, qui est via nostra, videat perdidisse. Deprehendimus interdum se sinistra disputatione prodentem, interdum latentem quibusdam cuniculis, & sua venena cælantem. Et cum oportuerit nos sequentes sententiam prudentissimi Salomonis, nullum ad eius imprudentiam præbere responsum, ne similes eius essemus, suademus tamen vt apostolos vt Prophetas nobiscum sequatur, ne cum omnibus solus occurrit, solus ab omnibus refutetur. Vobis verò diligentius vigilandum, vt impiis prædicationibus resistatis. Maior enim vobis sollicitudo est, cum intra ecclesiam vobis ecclesiæ aduersa dicuntur. Habent laboris indicias. Quos aduersarius foris positus incessit, qui dispersi propugnaculis murorum se defensione tutant. Nesciunt ferias, in quibus intus est hostis. Sed in hoc intestino bello, in hoc domestico prælio, fides vobis murus sit, & contra perfidiam spiritalibus se telis ipsa defendat. Seruemus hanc, quam nos seruata custodit. Per hanc firmamentum nomen Deus est atque refugium, eripit de manu peccatoris, cui vos in fluctu positos conuenit dicere. Domine libera nos, perimus. Ad vos clerici & omnes, qui deuoti estis domino, noster sermo vertendus est, dicat fortassis ali-

EPHESINVM.

25

sis aliquis ordinem non esse seruatum, voluimus & nos prius quod ratio postulabat habere verba vobiscum, sed eorum cura maior obtinuit, quos voluimus incommune seruare, neq; enim de vobis dubitare debemus, quibus vtique ducibus illos pro fide stare tradamus. Sancti & deo amabilis fratris & coëpiscopi mei Cyrilli per filium meum Possidoneum diaconum ad me directa relatio, erga vos agi loquitur, quem putem in ecclesiæ membra agere, qui eius capiti non pepercit, non vos ista discrucient. Maior gloria est in labore maiore, quia certaminis qualitas facit præmij qualitatem. Legitis enim nobiscum, quod is, qui legitime certauerit, coronabitur, Vnde adhortatio vobis nostra debetur, quæ & pusillanimis & viriliter resistentibus necessaria, vt tetamenta valeant ferre, qui nequeunt & firmiter possint stare, qui certant. Nunquam nostri regis arma vincuntur. Probatio est omnis tentatio christiano quippe qui patientiam, sicut legimus, operatur, ex hac spes nascitur, quæ neminē scriptura spondente confundit. Vnde fratres charissimi, quia consolatio vestra ex deo, cui corpora vestra hoc est vos ipsos viuas, vt ait Apostolos, hostias exhibetis, repugnantes nolite deficere. Dat ille virtutem, qui per Apostolum nos monens esse vult membra nostra arma iustitiæ suæ, habetis exempla sanctorum, qui olim seminantes in lachrymis gaudium messuri sunt in futurum. Nō amat dominus noster seruum non experimentis probatum. Christianus animus rerum palestra semper

D

CONCILIUM

exercet. Currite, ut vos in viis domini inuicem transeatis. Nolo vos ab aduersariis comprehendi. Oportere dicit esse Apostolus quæ videmus, fortitudinem fidemque non nisi campus ostendit. Difficile est ocium coronari. Præmia non nisi laboribus deferuntur. Nolo salutis galeam capita vestra deponant. Nolo se lorica fidei exuat, qui idoneum Christi militem profitetur. Noltri nobis bella mouerunt. Si tamen nostri dicendi sunt? quos ad inimicum transisse rupto fœdere sentiamus. Vestrum est stantes pedes habere matris Hierusalẽ. Volumus vobis gressus esse perfectos, ne vnquã in exẽplum simile alicuius vestigia moucantur. Sequatur cum malo diabolo diabolum, qui se ex eo simul esse cognoscunt. Vos filij dei operib⁹ apparetis, quia ex fructibus vult vnumquẽque cognosci, vicissim mentes consolamini pusillorum, infirmos quoque suscipite cõfirmantes eos. Non vos seducat impietas, sed de bono & malo pro qualitate sui tenere sententiã vitantes peruersa, quæ sunt recta laudantes. Abominationi est enim à deo Salomone dicẽte quisquis & iustum pro iniusto, & pro iusto iniustum ducit. Nulla est tribulatio temporalis, si sit ante oculos perenne præmium, cui nihil conuenit anteponi. Clamat noster Hymnidicus, si aduersum se castra consistant, spem laminationis illius sibi pœnitus non timendum. Si certamen cum gentibus haberetis, esset utique magna victoria superasse eos, quos semper haberetis inimicos. Quanta est dicenda victoria, vbi sacerdos prædicatione mu-

EPHESINVM.

26

ne mutata catholicorum factus est persecutor contra Paulum propè in omnibus sentiens, qui euangelij domini, quod ante fuerat persecutus, factus est postea prædicator. Desertus est impius disputator à sancto spiritu postquam in ipsum spiritum sensit aduersa. Meritò si perstitit, addiet à nobis Samuelis verba, quæ Sauli tunc à ipso dicta sunt sacerdote. Spernet te Dominus, ne regnes in Israël. Hoc ille meruit, qui solus in agendis rebus dei præcepta cõtempnit. Quæ huic pœna debetur, qui se in ipsum dominum maiestatis erexit. Curare nunc vestrum est, quodcunq; vulnus inflixit, & his præbere medicinã, qui eius sermonibus fauciati sunt, firmis in hunc state vestigiis, quem sicut eius sermo demonstrat iam cecidisse videamus. Quicquid intulit ferte sapienter. Indixit iniurias, indixit exilia. Ille in suis hæc passus est, quem suscepisse pro nobis hominem diffitetur, vnde null⁹ defleat, quicquid mali quos vestrum facere molitus est. Patientiæ nobis atq; constantiæ forma sit Stephanus, primus Christi testis existens. Plebs in hunc prædicantem stridit perfidorum, nec tamen idoneus Christi comes tacuit, quod videbat. Exclamat inter furentes, inter religionis inimicos, videre se apertos cœlos, & filium hominis, propter quem talia pateretur, stantem ad dextram dei, lógum est ire per singulos, qui vitam vt morte vt conuersione merati sunt. Habetis vos pæne nostrorum temporum, quicunque ecclesia estis lecti, beatæ recordationis Athanasij Alexandrinę ecclesię prudenti

D ij

CONCILIVM

tissimi sacerdotis exemplum. Cui non consolationi sit illius tollerantia, cui non spem faciat eius expectata reuersio, eiicitur Arrio persequente, sed reuocandus domino prosequente, passus est carcerem, passus angustias. Nec mirum, si vir apostolicus ea passus est, quibus se apostolus exercitum gloriatur. In his tamen omnibus secutus est illum, qui sibi in tribulationibus se placere testatur, fugatus illinc in nostris partibus recreatus est, denique hic ei redintegratus est status, & in hac fide requiem communionis inuenit, à qua semper catholicis subuenitur. Neque tamen sensit in tribulationibus lassitudinem, qui factus est persecutione confessor. Vnde christianorum nullus illatum sibi temporale desistere debet exilium, quia eorum nemo exul est à deo. Timeamus ne regionem viuorum, hoc est, illam quam nostram patriam volumus, exulemus, illud est nostrum, illud perpetuum, illud æternum. Nostrum enim non est vnde transitur, sed illic vera nostraque spes certissima pollicetur. Sūt autem dicente Apostolo, quæ oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt hæc, quæ præparauit deus diligentibus se. Ne tamen & ad tempus eius videatur valere sententia, qui in se tam diuinam sententiam prouocarat, aperte sedis nostræ sanxit autoritas, nullum siue episcopum siue clericum seu professione aliqua christianum, qui à Nestorio vt eius similibus, ex quo talia prædicare cœperunt, vt loco suo & communionem deiectioni sunt, vt deiectionem & excommunicatum mundi,

EPHESINVM.

27


mundi, sed hi omnes in nostra communione, & huc vsque perdurant, quia neminem vt deicere & remouere poterat, qui prædicans talia titubabat. Omnis igitur præsens sermo in commune cōplectitur, vt magis & magis roborati & cōfidentes in domino non moueamini quinimò & medemini infirmitatibus aliorum. Iam enim vobis illic commendamus infirmos, tibi sic videatur ipse medicus ægrotare, cui tamen volumus si adhuc possumus subuenire. Nam cum ad sanctū fratrem nostrū & coëpiscopū Cyrillum responsa congrua mitteremus, hæc nobis per charissimum Possidonium eius diaconū & huic de quo agitur dirigenda ab eodē fratre meo scripta transmisisimus, & quia nostra in tanto negotio prope modum præsentia necessaria videbatur, vicem nostram propter marina & terrena spacia ipsi sancto fratri meo Cyrillo delegantes, nè morbus iste longitudinis occasione crassetur. Vos tantum apostolicos ante oculos habete sermones, in eodem sensu & in eadem sententia estote perfecti, vt sicut legimus permanentes in fide salui esse possitis. Vt autem noueritis sub qua definitione literas miserimus ipsam sententiam huic epistolæ fecimus subter adnecti. Deus vos incolumes custodiat fratres charissimi. Palam igitur agnosce hanc nostram esse sententiā, quia nisi de deo Christo nostro hoc exposueris, quæ & Romana & Alexandrina & omnis catholica sentit ecclesia, sicut etiam Constantinopolitana ecclesia vsque ad te, charissime, intellexit, & nisi

D iij

hanc infidelem nouitatem ab adoranda & veneranda scriptura seiunxeris, & intra decem dies ex innotescens huius executionis die annumerandos aperta & scripta professione damnaueris ab omni te catholica ecclesia excōmunicatum.

EPISTOLA CÆLESTINI PAPAE


Ioanni Antiocheno, Iuuenali Hierosolimitano, Ruffo Thessalonicensi, Flauiano Philippensi.

7.  AEL ESTINVS episcopus Ioanni, Iuuenali, Ruffo & Flauiano episcopis per Oriētem. Optarem quidem sicuti est vna dei eſſentia, ita inter omnes, qui vbique sunt homines vnam rectæ fidei veritatem teneri. Minor tamē gemitus est, si qui se extra gregem dominicum segregantes, & per angulos latebrāsque latitantes, alios sibi vt paucos, qui secum sentiunt occulto errore persuadeant. Cum verò aliquis sacro-sanctæ Ecclesiæ dei sub nomine prepositus sacerdotis ipsum Christi populum à tramite veritatis in præceps deuiæ persuasionis aduertit, & hoc in amplissima vrbe, ad quam propter inhabitantis imperij reuerentiam de vniuerso orbe confluit multitudo, tunc planè est geminanda lamentatio, & maior sollicitudo nequid lupi rapacitas præuideat adhibenda. Minor enim cura est obsidentis inimici, quàm intra mœnia debacchātis, leuiusque sollicitat lupo extra ouilia pererrās, quàm inter gregem locum pastoris inuadens, quia bellum plus quàm ciuile

ciuile est, cum intra ecclesiam, idem intra ipsum Christi thalamū tela sectæ impiæ iaciuntur. Vnde vehementer contristata sunt nostra viscera, quod is, qui Constantinopolitanam obtinere videtur ecclesiam deuotissimis Christo populis peruersa quædam contra reuerentiam virginei partus & cōtra spem nostræ salutis infundit. Hæc ad nos ingerente dolore fidelium peruenerunt, hæc libris quos ipse miserat, publicata sunt, & quod maioris probationis est, hæc ad nos missis epistolis ipsa auctoris subscriptione munitis, ita insinuata sunt, vt dubitari vltra non liceat, Vnde quoniam in talibus causis non est tuta longior cohibentia, quia tantundem pæne criminis est cohibere à talibus, quanti sceleris est tam sacrilega prædicare, & episcopum Nestorium, & si quis alius cum secutus æquè dicat, à nostra communionem secreuimus, quandiu scriptura professionis emissa peruersitatem, quam ceperat docere condemnet, & hanc de virgineo partu, idem de humani generis salute fidem asserat se tenere quam secūdam apostolicam doctrinam Romana & Alexandrina, & catholica vniuersalis ecclesia tenet & veneratur & prædicat. Si quis verò aut ab episcopo Nestorio, aut ab his, qui cum sequuntur, ex quo talia prædicare cœperunt vt excommunicatus vt exutus est seu antistitis seu clerici dignitate, hunc in nostra communionem & durasse & durare manifestum est. Hæc iudicamus remotum quia non poterat quemquam eius remouere sententia, qui se iam præbuerat ipse re-

mouendum. Hæc frater charissime ad sanctitatem tuam scribenda duximus, vt in domino roboratus & familiarem pectori tuo loricam Christi cum scuto catholicæ prædicationis indutus greges domini nostri Iesu Christi, qui pro nobis natus & passus est, qui reseratis inferis & morte deuicta pro nobis die tertio resurrexit, a persuasionis pessimæ prauitate defendas. Sicut autem ad sanctum fratrem & coëpiscopum nostrum Cyrillum bonum fidei catholicæ defensorem scripsimus. Hanc de eodem Nestorio sciat sanctitas tua à nobis, imò à Christo deo datam esse sententiam, vt aut intra decem dies ex conuentione huius diei numerandos sacrilegas de Christi natiuitate prædicationes suas scripta prædicatione condemnet, & hanc se profiteatur fidem sequi, quam Romana & Alexandrina & vniuersalis seruat ecclesia, aut episcoporum cœtu remotus intelligat sibi suam obfuisse perniciem. Sed vt hæc, quæ à nobis decreta sunt exercitatus agerentur per filium nostrum Possidonium Alexandrinæ ecclesiæ diaconum nostras ad dilectionem tuam volumus fidelius epistolas commendare. Data. iij. Id. Aug. Theodosio. xij. & Valentiniano. iij.

Epistola Cælestini Papæ ad Cyrillum Alexandrinum Episcopum.

8.  **H**ARRISSIMO Cyrillo Cælestinus. Tristitiæ nostræ sanctitatis tuæ litteræ missæ per filium nostrum Possidonium diaconum lætitiâ reddiderunt

runt, & gaudium alternauimus cū mœrore. Cùm enim respicimus, & quæ dixerat, recensemus. Is qui Constantinopolitanam peruersis prædicationibus turbare conatur ecclesiam, nõ paruo animus noster dolore concussus diuersis cogitationum stimulis vexabatur, qualiter populis possit vt in fide persisterent subueniri. Dum verò mentem nostram ad tuæ fraternitatis scripta conuertimus paratum iam remediũ qui pestifer morbus salubri remedio vitaretur inuenimus puri fontis liquore tuæ charitatis sermonem manantem, qui cœnum omne male fluentis riui detergeret, & omnibus, quid de fide nostra sentire debeant aperiret. Vt illum igitur reprehendimus & notamus ita sanctitatem tuam velut præsentem in litteris suis dominica sumus charitate complexi, cum vnum idemque nos sentire de domino videremus. Nec mirum est prouidentissimum domini sacerdotem pro fidei amore ac virtute pugnare, vt aduersorum improbæ resistat audaciæ, & sibi creditos admonitione confirmet. Quàm igitur nobis illa fuerunt amara, tam ista sunt dulcia, quam illa cœnulentia, tam ista sunt pura. Gratulamur tantam inesse sanctitati tuæ vigilantiam, vt decessorum tuorum, qui & ipsi semper defensores orthodoxi dogmatis extiterunt exempla iam viceris. Verè & euangelicum potest testimonium conuenire, quo dicitur. Pastor bonus ponit animam suam pro ouibus suis. Sed vt tu bonus pastor, ita ille tanquam malus potest mercenarius accusari, qui non ideo quod oues relin-

quat, arguitur sed eas ipse lanians inuenitur. Ad-
deremus aliquid frater charissime si nõ te eadem
sentire, quæ sentimus omnia videremus, & in ip-
sa assertione fidei defensorem fortissimum pro-
bassemus. Ingesta vero nobis sunt cuncta per or-
dinem à filio nostro Possidonio diacono quæ-
cunq; de hac re tua sanctitas scripsit. Omnes ten-
dículas prædicationis callidæ detexisti, & fidem
taliter ne Christo deo nostro credentium cor in
alteram partem trahi valeat communisti. Magnus
fidei nostræ triumphus est, & a seruisse nos ratam
fortiter, & aduersa sanctarum scripturarum testi-
nij deuicisse. Quid agat iam quo se ille circumfe-
rat, qui amator impiæ nouitatis, dum suo vo-
luit potius ingenio seruire quàm Christo sibi cre-
ditam plebem veneno voluit suæ prædicationis
inficere, cum & legere debuerit & tenere, prauas
quæstiones æquè non proficiant ad salutem, sed
ad perditionem animarum nitantur, vitandas,
potiùs quàm sequendas sed ad præcipitia festi-
nantem, imò iam in præcipiti, vnde corruat con-
stitutum, si possumus reuocare debemus, ne rui-
nam eius si non succurrimus, vrgeamus. Christus
deus noster, cui suæ quæstio natiuitatis infertur,
pro vni oue laborare nos docuit, volēs eam suis
quoque humeris, reuocari, nè rapaci lupo pate-
ret in prædam. Et qui pro vnius ouis currere sa-
lute nos docuit, qualiter nos vult pro ipsarum o-
mniũ laborare pastore, qui officij & nominis e-
ius oblitus in rapacitatem lupi se ipse conuertit,
gregem cupiens perdere, quem debuerat custo-
dire,

dire. Quem nos à septis agnorum remouere de-
bemus, si nõ ita, vt volumus, corrigamus, sit spes
veniæ corrigenti, malumus enim, vt reuertatur
& viuat, si vitam sibi commissorum ipse nõ per-
dat. sit certa sententia perduranti. Abscindendum
enim est tale vulnus, quo non vnum membrum
læditur, sed totum corpus ecclesiæ fauciatur.
Quid enim contentientibus faciat, qui solus sibi
sapiens à nostra credulitate dissentit. Sui in com-
munionem quos ipse resistentes sibi à commu-
nionem submouit, nostramque communionem
habere se non posse nouerit, si in hoc peruerfi-
tatis suæ tramite apostolicæ doctrinæ contrarius
perdurarit. Autoritate igitur tecum nostræ
sedis ascita nostra vice vsus hanc exsequeris di-
stricto vigore sententiam, vt aut intra decem dies
ab huius conuentionis die numerandos prauas
prædicationes suas scripta professione condem-
net, & hanc se de natiuitate christi domini no-
stri fidem tenere confirmet, quàm & Romana &
tuæ sanctitatis ecclesia, & vniuersalis deuotio
tenet, aut non hoc fecerit, mox sanctitas tua illi
ecclesiæ prouisura à nostro cum corpore modis
omnibus sciat esse remouendũ, qui nec in se me-
dētum curam voluit admittere, & in perditionē
tam suam quàm omnium sibi creditorũ malè pe-
stifer festinauit. Eadē autē scripsimus & ad san-
ctos fratres & coëpiscopos nostros. Ioannē, Ru-
fum, Iuuenalē, & Flauianũ, vt nota sit de eo no-
stra, imò Christi nostri diuina sententia Data III.
Id. Aug. Theodosio. XIII. & Valentiniano. III.

CONCILIVM

*Cyrilli Archiepiscopi Alexandrini epistola
ad Achaicum Beroec.*

9. **D**OMINO meo dilectissimo fratri, & comministro Achatio Cyrillus in domino salutem. Vehementer & contristatum & vulneratum sollicitudine cor habentes, non parvam consolationem habendam aliquibus concordantibus ea pro quibus contristantur, aperiunt. Huiusmodi factus sum ego, & propterea tuæ perfectioni scribendas esse curavi causas, pro quibus ritè, ut arbitror contristatus sum, magis autem etiam nunc cōtristator. Nan satis fuit reuerentissimo & dei cultori Episcopo Nestorio coram dicere ecclesia, quæ coram ecclesiam scandalizauerunt & destruxerunt fidem, quæ est in omnium saluatore christo, sed etiam passus est Dorotheum quendam episcopum præsumere coram ecclesia collecta dicere palam. Si quis dicit dei genitricem mariam, anathema sit. Quid igitur faciamus in ecclesia orthodoxi anathematizati cum sanctis patribus. Inuenio namque in conscriptionibus eius famosissimæ memoriæ episcopum Athanasium frequenter eam nominasse dei genitricem. Sed & beatum nostrum patrem Theophilum, & alios plurimos sanctorum, & per tempora tam episcopum Basilium, quàm Gregorium, & ipsum beatum Atticum. Nullus autem arbitror orthodoxorum dei genitricem eam dicere formidatus est, si est verum, quia deus est Emanuel, facti sunt igitur anathema

EPHESINVM.

31

thema ad dominum existentes sancti patres. Sed & omnes quicumque recta veritatis dogmata sequuntur, confitentes christum. Et non vsque ad hæc rei damnum existit, Sed etiam cōuertæ sunt sententiæ populorum. Lamentatus enim sum audiens alios quidem in talem iam incidisse perfidiam & ignorantiam, ut neque confiteantur, Christum, alios autem ut si noluerint confiteri omninò eum deum: nihil tamen super eo salubre sectantur, sed placitè & per gratiam nobiscū vocatum ad hoc dicentes. Hæc lamentatione & gemitu digna sunt. Quæ enim utilitas etiam ad medium deducere, quæ ita subtilia & occulta sunt. Cur autem nō potius moralibus expositionibus profumus populis, si non vehementer sumus eruditi ad sublimitatem dogmatum? Quia verò monachis per Aegyptum & in Alexandria conturbatis ex huiusmodi lectionibus seu expositionibus rectā fidei exposuimus rationem, debellat & factus est inimicus, & cōgregat quosdam aleatores & desperatos. & præparat, ut mentiantur aduersum me quædam coram multis. & puto iustè. Nam si habuissemus Zelum dei & in amorem diuinum primum essemus imitatores, olim aduersus eos, qui præsumunt obloqui contra Christum, & anathematizare nōsque viuos, & qui iam ad deum sunt, sanctos patres sententiam sanctam proferentes, erat possibile mederi ab his, qui per quam in fide vexati sunt.

CONCILIVM:

*Epistola Achatij episcopi ad Cyrillum
episcopum.*

DOMINO meo per omnia sancto & deo amabili episcopo Cyrillo Achatius in domino salutem. Legi litteras tuæ reuerentiæ proximè nobis datas, non optandis lachrymis & lamentatione plenas. Nam causa horum, quæ Constantinopolim divulgata sunt, & tenent profunditatem fidei christianæ, secundum quod participantur, quoniam superfluum fuit hoc ab initio ad mediū deduci. Quid enim profuit Apollinaris Laodiceus vnus existens in prioribus magnus decertator, pro recta fide, qui fortiter contra inimicos dimicauit præsumens de propria sapientia, & volens introducere ex operibus quæstus quosdam purè & sine dolo fidei Christi, nō præparauit scismaticum semetipsum apud catholicam ecclesiam reputari. Non est dictum à quodam præcedentium nos episcoporum reprimere volente, vt ea, quæ ultra hominem sunt, non perscrutentur benè cogitante sano sensu & perfecta sapientia hanc erumpente vocem, quoniam pater vnigenitum genuit, taciturnitate honoretur, procedente sermone dinumerauit, quomodo lateat hæc perscrutatio paulatim omnes simul cœlestes virtutes. Quanto magis homines & sensum humanum. Quoniam autem non est necessaria atque decens præsens admonitio diuinarum scripturarum docens altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne perscrutatus fueris.

EPHESINVM.

32

ris, quæ tibi præcepta sunt, ea cogita. Non enim tibi opus sunt, quæ abscondita sunt. Qui verò satisfacere volunt, pro his, qui hæc cogitare & dicere conantur, simile quiddam dicuntur pati horum, quæ sustinuit beatus Paulinus episcopus, qui refutabat tres subsistentias dicere expressi in virtutem, & verè hæc ipse sapiens hæc ipse metitus. Secutus autem est occidentales deo amabiles episcopos, eo quod angusta sit latina vox, & non possit ad nostram græcorum elocutionem tres subsistentias dicere. Tamen opus est omnes nos, qui possumus condolere & compati ecclesie dei plurimum laborare & reprimere enunciata vocem, ne occasio detur scindere & diuidere dei ecclesiam præparatis. Quapropter conuenit tuam integram perfectamque sapientiam licet aliquid tale à principio dictum sit, quod contristare & perturbare plurimos venerabilium & Christo amabilium possit reprimere quod commotum est, licet maximè sicuti prædixi plurimi de Constantinopoli Antiochiam venientium, nec non & ad nos tam clericorum quam etiam laicorum, defendere videantur prolatum sermonem, non contrarie habentem secundum sensum ad apostolicam fidem insuper & sanctorum patrum in Nicea conuenientium, de consubstantialitate sancitam & traditam in omnem catholicam ecclesiam. Sapientiam igitur & compassionem perfectionem tui sacerdotij tempore vocantem demonstrare dignare mediante tua sanctitate prolato sermone apud eos, qui audierunt & disrupti

CONCILIVM

sunt, vt tua sanctitas illa sapiat atque conscribat, quæ possint fluctuantem in præsentî catholicam ecclesiam magis ac magis ad altitudinem destinare, dominica quadam voce vtens & cogitans illam quâdo mare etiam in præsentî videretur turbari, qua dixit, quiesce, obmutesce, feci verò legi epistolam tuæ sanctitatis per omnia sanctissimo & deo amabili Ioanni Antiochenorum episcopo, & audiens cum multa gratulatione, & cõpassione eadem ipsa nobiscum senilem agentibus ætatem, nuper ad episcopatum veniēs, & dei gratia florens in triumphis, qui inesse debent episcopatu, ita vt magnè super eo sapiant atque gloriantur, omnes orientalis diæcesis deo amabiles episcopi, rogare tuam venerationem dinoscitur, vt tua sanctitas inserta sibimet sapientia vtens mitiget quid emerfit importabile verbum, quatenus per ea, quæ loqueris, per ea, quæ agis illud apostoli cum tempore vocante demonstras, quo ait. Si enim voluero vti potestate, quam dedit nobis Deus ad ædificandum, & non ad destruendum, non confundar. Desiderantissimum autem virum nostras litteras deferentem, fidelem existentem & christianum à progenitoribus dignare inserta & cohærenti tibi bonitate suscipere, & in quibuscunque opus habuerit eius

habere prouidentiam te decentem. Omnem tecum fraternitatem ego & qui mecum sunt, plurimum salutamus.

Epistola

EPHESINVM.

33

Epistola Cyrilli episcopi Alexandrini Iuuenali Hierosolymitano episcopo.



OMINO meo desiderantissimo fratri & cõministro Iuuenali Cyrillus in domino salutē. Optabam quidem probatissimorum vestigia fidemq; rectam sequi reuerentissimum episcopū

Nestorium. Quis enim benè sapientium non optet probatissimos esse eos, qui regimē sunt sortiti ouiliū saluatoris? Quia verò præter spem rerum natura nobis egressa est, quem enim futurū expectabamus pastorem verum, hunc rectæ fidei persecutorem inuenimus, oportet iam reminisci dicentem omnium nostrū saluatorem Christum. Non veni mittere pacem in terra, sed gladium. Veni enim separare hominem aduersus patrem suum. Si verò & cõtra parentes nobis bellum sine crimine & inreprehensibile est, magis autem etiam omni laude plenissimum, quando Christi gloriæ concertare dinoscimur, quoniam non omnis necessitas est, licet flentes tanquam fratrem lapsū deo amabilem accingi zelum & per omnē terrā, quasi illud dicere, si quis domini est, veniat ad me. Ego siquidem & per vnā & per secundam epistolam tanquam fratrem rogavi, vt non suos sequeretur intellectus sed rectam apostolicamque fidem traditam ecclesiis, æstimans amouere eum suorum prauitate scriptorum. Sed nihil profuit affectus medicamentum, consilium

E

effectum non habuit. Et in tantum recessit velle veritatis dogmata sequi, vt etiam epistolam mitteret ad me cum subscriptione sua, in qua redarguit quidem tanquam contristatus, professus autem aperte est dei genitricem non esse sanctam virginem, quod est aperte dicere non esse deum verè Emmanuel, in quo salutis habemus expectationem. Arbitratus autem quia etiam romanorū ecclesiæ posset subripere, scripsit ad dominum meum reuerentissimum & dei cultorem fratrem & comministrum Cælestinum ecclesiæ romanorum episcopum, interponens epistolis suorum dogmatum prauitatem. Destinavit quoque plurimas expositiones, ex quibus est sapere peruersa conuictus & reprehensus in prauitate velut hæreticus. Quia igitur memoratus reuerentissimus & dei cultor romanorum episcopus. Cælestinus certa scripsit de eo, & misit ad me epistolas, oportere credidi eas destinare & ad pietatis, zelum tuam reuerentiam excitare per litteras, quatenus & vna anima & forti alacritate, charitate, quæ in Christo est, accingamur, & saluos faciamus populos periculum sustinentes, & statuamus ecclesiam, quæ est sic clara, concordetque facti singulis vniuersi, & secundum determinatam formam scribentes ei & populis. Siquidem profuerimus & conuerterimus pro veritate eum ab his quæ sapuit, lucrati sumus fratrem, & saluificamus pastorem, si verò sine effectu fuerit nostrum cõsiliu, ipse sibi met asscribens quid eueniet ei suorum laborum comedet fructus.

Oportet

Oportet autem nos necessario & Christo amabili ac piissimo Imperatori & omnibus proceribus scribere & suadere, nè præponat Christi pietati hominem, sed præbeat orbi terrarum firmitas in fide, & pastore nequissimo liberentur oues si nõ omniū sequatur suasiones. Saluta aperte firmitatem. Te quæ nobiscū est in domino salutatur. ¶ Hæc epistola antequam fieret synodus missa est à Cyrillo Iuuenali.

Epistola Cyrilli Episcopi Alexandria ad quendam Zelotem.



NOVIMVS tuæ dilectionis sinceritatem, & non ignoro studium: Et si quidem scriberem ad aliquos meum nescientes modum, multis vterer verbis. Suades quia nimis pacificus sum, & neque cõtentiosus, nec amator litigij, sed optans & amare cunctos, & ab omnibus amari. Quia verò sciētī scribo, breuiter locutus illud edoceo, quia si rerū immineret aut pecuniarum priuationem pati, vt fratris amouerem tristitiam facerem libenter, nè videretur aliquid charitati præponi. Quia verò fidei ratio est, & scandalizatæ sunt etiam ecclesiæ in vniuerso Romanorum, vt ita dixerim principatu, Non enim est aliquis ex quacunq; ciuitate seu prouincia veniens, & non dicens, quia hæc diuulgata sunt, & vana doctrina infertur ecclesiis. Ad hæc quid agamus, quibus commissa à deo ratio sacramenti, cum quibus in die iudicij ex

E ij

CONCILIVM

animabuntur modis omnibus, quos imbuimus. Dicent enim sic se seruasse fidem, sicut imbuti sunt à nobis, & siquidem rectè hoc agimus, recipiemus quoq; mercedem impetrabimus autem & laudem. Si autem aliter & peruersè, quæ nobis flammæ sufficient? Audiemus enim, Quia terram meam perdidisti, & populum meum occidisti, secundum quod scriptum est. Et singuli quidè, qui in ordine laicorum sunt pro sua vita satisficient, nos autem qui sacerdotij ministerio functi sumus, nō pro nobis solummodo, sed pro omnibus credentibus in Christum, rationem reddemus. Mihi igitur sermo nullus est nec tristitiæ nec iniuriarum nec obloquij sic plurimi quæ fecerunt aduersum me quidem turpes. Sed abscedant hæc omnia in obliuionem. Iudicabit autem in his oblocutionibus deus solus. Seruentur quæ fidei sunt, & amicus & charus sum, & nulli cedo, vt eum oporteat magis amare quam deo amabilem Nestorium. Quæ coram deo dico, & probabile esse in Christo volo, & in his, quæ transacta sunt, aboleri risum, & ostendere calumniam & non omninò veritatem, & ea quæ ab aliquibus in fide diuulgantur. Nam si iussi sumus à Christo etiam odientes nos diligere, quantomagis consequens est fratribus & confacerdotibus hoc præbere? Quia enim si soluatur ab aliquibus fides, nostras animas non prodimus, licet cōtingat pati etiam ipsam mortem dubium non est. Si enim metuimus pro gloria dei dicere veritatem, nè molestias incurramus, qua de cæsto facie sanctorum

EPHESINVM.

35

rum martyrum præconia celebrabimus coram populis, quos laudamus, quia seruaueris quod dictum est. Vsque ad mortem certa pro veritate.

Epistola Cyrilli episcopi Alexandrini ad Ioannem Antiochenum episcopum.



DOMINO meo dilectissimo fratri & conministro Ioanni Cyrillus in domino salutem. Cognouit communionem per multos tua reuerentia sanctæ Constantinopolitanæ ecclesiæ statum nunc existentem, quia valdè turbatus est, & absque collecta manserunt plurimi etiam nimis religiosi atque maturi non fortuitum tumultum in ipsa sustinentes fide, ex his, quæ dicuntur coram ipsa ecclesia à reuerentissimo episcopo Nestorio cui etiam suasi per litteras, vt abstineret se ab huiusmodi prauis ac peruersis quæstionibus, & patrum sequeretur fidem. Sed me quidem arbitratus est hæc scribentem inimicum, & in tantum despexit considerare, quia ex charitate illa cōscripsi apud eius reuerentiam, vt & æstimaret talia sapiens, atque dicens Romanorum quoque posse auditus abripere. Scripsit enim illuc, ita quædam proponens in epistola longa. Domino meo dei cultori episcopo Romanorum ecclesiæ Cælestino. Et in suis hæc interposuit litteris aduersus eos qui ei contraria sapiunt, & sanctam virginem dei genitricem dicentes non contremiscunt. Proinde etiā quaterniones suarum expositionū direxit, quas

E iij

CONCILIVM

etiam & legentes in maxima Roma comperti dei cultores episcopi, & conciliis plurimis celebrantes, clamauerunt aduersus eum, dicentes haeresim eum nouare valde pessimam, quae a nullo antiquorum noscitur ad inuenta. Quia vero necessarium fuit mihi scribente illius reuerentia illic haec quae facta sunt dicere omnia, & destinare etiam exemplaria litterarum a me ad eum scriptarum profectus est necessario clericus Alexandrinorum dilectissimus diaconus Possidonius. Lectis igitur in concilio & expositionibus eius & epistolis, maxime in quibus est calumniae locus. habet enim eius subscriptionem aperte disposuit sancta Romanorum Synodus, & scripsit ad tuam reuerentiam, quibus est necessarium obedire retinentibus totius occidentis communionem. Scripserunt enim exemplaria ad celtorem episcopum Thessalonicae rufum, & ad alios quosdam per Macedoniae dei cultores episcopos, qui & semper concurrunt decretis eius, scripserunt nihilominus & ad heliorum dei cultorem episcopum suenalē. Tuae igitur est reuerentiae considerare, quod utile est, Nos enim sequemur, quae ab ea sunt iudicata formidantes, ne tantorum communionem labefactemur, nec pro aliis quibuslibet rebus indignantibus, neque pro paruis facientibus motum, sed pro ipsa fide, & ubique positis ecclesiis, & aedificatione populorum. Saluta, quae apud te est, firmitatem. Te quae nobiscum est, in domino salutat.

Epistola

EPHESINVM.

36

EPISTOLA IOANNIS EPISCOPI
Antiocheni ad Nestorium Constantinopolitanum Episcopum.

DOMINO MEO amabili & sanctissimo episcopo Nestorio Ioannes in domino salutem. Meam intentionem circa tuam reuerentiam cum omni veritate per dominum meum magnificentissimum Hirenium comitem tuo affectui declaravi. Et quia sicut aestimo omni iam sum suspitione extraneus verisque satisfactionibus usus fiduciali iam vtor ad tuam germanitatem suasionem. Licebit itaque tibi ex his ipsis quae suademus pignora nostra sumere quae circa te germanitatem habeamus. Et quia cura nobis est non parua secundum deum charitatis, quam participantes diuinas implebunt leges, negligentes autem & callide semetipsos membris proprijs offerentes, primitus sibi nocent, quam etiam illis contra quos innituntur. Quia vero haec a me bene in primo dicta sunt, sicut ego puto, suscipe me rogo bonum tibi futurum consiliarium, non repellens in his, quae a me dicuntur utilitate, & quod cum omni secundum deum profertur affectu Oportebat itaque nos de optimis rebus consultationes ad inuicem facere, sed quia peccata nostra multam potestatem ecclesiasticis turbis praebuerunt, hac causa coactus sum, quae nuper nobis scripta sunt, & a Roma & ab Alexandria tuae sanctitati significare. Nuper enim Alexandrini clerici venientes epistolas no-

E iij

bis dederunt diuersas de tua reuerentia missas. Alias quidē sanctissimi episcopi Cœlestini, alias autem deo amabilis episcopi Cyrilli. Quarum exemplaria diriges, rogo tuum affectum sic eas legere, vt neque turbam quandam mente patiaris, ex qua fortè contentiones & obstinatio noxia proueniat, neque contempnas causam, sciens diabolum per superbiam multas intulisse causas, ad culmen euehere & ad celsitudinem eleuare, ita vt eas inemendabiles faciat. Sed diligenter eas legere & adsumere quosdam concordēs tibi ad tractatum præsentium, & dare eis etiam potestatem, vt quod vtile & non quod delectat insinuēt. Modis omnibus enim si habuerint licentiam pluri existentes, & germanæ causæ communicantes, facilè ad suasionem descendimus, & quod esse putatur obscurum, erit repente clarum. Nam licet inducias angustissimas litteris interposuerit dominus meus deo amabilis episcopus Cœlestinus decem solū mihi diebus, sicut eius litteræ continent, determinans responsum, At tamen licebit hoc opere facere, & die solum mihi vno, forsitam autem etiam paruis horis. Nam cōgruo nomine vt in disputatione pro nobis facta secundum omnium regem Christum, frequenter quidem à plurimis patribus, veracis autem & salutaris ex virgine natiuitatis hoc facile est. Quid verò periculosum oportet euitare tuam sanctitatem? nec illud minus cogitare, quia non decet tibi metipsi contraria exponere. Nam si mens tua eundem sensum tenet quem patres & eccle-

ecclesiæ doctores, hoc enim per multos & communes amicos de te domine didicimus, Quid contristat pium sensum congruo nomine publicare, & hoc instante tanta turba, & ex te questione. Hoc enim benè scito deo amabilis, motum est capitulum & ab his, qui longè sunt & qui proximè & vehementer hoc diulgauerunt, plurimèque ob hoc tempestas inopinabiliter ecclesias comprehendit, vndique fidelibus pro hac causa alterutris per singulos sibimet infestantibus dies, & quia hoc verū est, ex ipsis rebus scies apertè. Occidens enim & Aegyptus, puto autem & Macedonia definiuit scindere se ab vnitatem quam sudoribus plurimis & laboribus sanctorū & insignium episcoporum, & maximè per omnia sanctissimi communisque nostri patris & magni Achatij dei gratia omnibus ecclesijs condonauit. Quis enim causabitur, si videaris dicere, quæ sapias. Magis autem quis non approbabit, si susceperis appellationem cuius sensum sicut cognouimus tua reuerentia possidet, & hoc pro quiete & pace terrarum orbis? Si autem videtur, boni exempli pro tempore memorabo te, quod etiam te reminisci volo. Nō enim tempus multum est, ex quo apud nos euenit, vt etiam tradatur oblivioni. Meministi enim omnino beatum Theodorum episcopum in expositione dixisse quiddā eorum, quæ nō videbantur, primò quidem tibi, qui etiam fiduciam habuisti illo tempore, deinde & omnibus audientibus dicta benè. Et quoniam ille sentiens læsionem & tumultum, quem parua

fecisset murmuratio, & considerans quia tumultus faceret diuisiones magis autem etiam seditionem, amantibus quippe hominibus si huius modi accipiant occasionem huc illucque diuidi, & augere seditionem scandali, scintilla quæ videretur esse paruissima, quod utique nunc apud nos factum est, quemadmodum fortissimus ille surgens, non post plurimos dies quod ab eo dictum fuerat sine confusione ad utilitatem correxit ecclesiam, & corrigens factum contra se ob locutionem repente deterfit, cogitans aliquid rectum esse correctionem. Et hoc omnibus scientibus quidem quoniam debilitate ab eo prolatum erat hoc quod dictum est, approbantibus autem eius repentinam conuersionem. Ego vero ad tuam reuerentiam non ad derogandam verbi mutationem inuito, neque ad contrarietatem infantilem, ut ita quis dixerit, sed quoniam à te sæpè plurimis dictum est, sicuti didicimus, quis non declinat pius hunc sensum, sed solummodo nomen refutas. Si autem tibi quidam horum, qui in ecclesia sunt, insignium etiam hoc imponant, non refutes indubitanter etiam dei genitricem dicere sanctam virginem, hac gratia ad tuum te inuito, proferre prouocans quod dicimus, non fallite sapientem, sed adiicere verbi causa & nomen à multis patribus & compositum & dictum atque conscriptum, & non refutare omnino verbum, quod ostendit pius secundum animam intellectum hoc namque nomen nullus ecclesiasticorum doctorum refutat, Namque vsi sunt & plurimi & insignes,

insignes, & qui non vsi sunt, vtentes non reprehenderunt, & inaniter nos ut videtur quasi scrupulositatis superflue causa ad hæreticam sextam solummodo respiciente conscientiam fratrum pro nulla utilitate percutimus, quas despiciamus, nomen refutantes, cuius intellectum bene optimèque suscipimus. Nam si quid ex eo significatur, non suscipimus, superest circa plurimas nos falli, magis autem periculum pati circa ineffabilem dispensationem vnigeniti filij dei. Sequitur enim nominis huius peremptionis, aut certe quod ex eo significatur neque deum esse, qui ineffabilem dispensationem pro nobis suscepit, neque dominum verbum exinanisse semetipsum in serui formam, & ineffabilem quandam circa nos ostendisse clementiam magnitudinem, cum sacre scripturæ huic maxime confirmet in nos clementiam, quando ante secula & coeternum & vnigenitum dei filium ad natiuitatem ex virgine impassibiliter deponunt, secundum quod dictum est ad diuinum populum, misit deus filium suum factum ex muliere, ostendentes palam vnigeniti ex virgine, sicuti prædixi ineffabilem natiuitatem. Et qua natiuitate si appellatur virgo à patribus, sicut etiam appellatur hoc nomine, nescio qua causam non necessariam hanc questionem & mihi ignosce contra nos & ecclesiasticam pacem sicuti vides suscipimus. Periculum enim nullum est hæc dicere & sapere cum doctoribus dei ecclesia approbatis, quorum nomina superfluum quidem est enumerare. Nosti enim eos nihilominus, quoniam

CONCILIVM

esse corū discipulus & ipse & omnes nos gloriamur. Hæc à nobis persuadentur tibi, rogo hoc agere exorare, nè dederis locum & diuisionem discordiæ, quæ serpit. Cogita enim quia si ante directas nunc litteras plurimi effrænati fuerunt contra nos, nunc sumentes ex litteris istis fiduciam, quid non erunt, & qua contra nos fiducia non vtentur. Hæc ego multos deo amabiles episcopos & tuę reuerentiæ amatores apud memetipsum habens, quos contigit adesse apud nos litteris istis inoptabilibus datis putans etiam germani opus facere secundum meas promissiones, & fraterno consilio corrigere laborantem tuam in præsentī opinionem scripsi, optans tuam reuerentiā non cōtentiosa voluntate suscipere, quod cum timore dei & amore circa te, & cautela ecclesiasticę causę persuasi, non solus existens ficti dixi, sed præsentibus mihi, deo amabilibus episcopis Archelao, Apringio, Theodorito, Heliae, Melcio, & qui nuper dei gratia ordinatus est Laodicensium ecclesię episcopo Machario, qui & dogmatum sciti subsistunt, & circa te nobiscum feruentissimè sunt amici, optantes te domine sensu benè suasibili vtentem fugere litterarum harum veluti tempestatis vehementissimæ fluctum, qui poterit si quidem cōsentiamus non confundere neque turbare, si verò obstinati sumus contristare. Hæc facientes nostra quæ tua sunt, nos quidem indicauimus, ipse vero suscipere & libèter habere dignare. Nisi fortè quispiam non diligens nos in læsione sua & communiter
omnium

EPHESINVM.

39

omnium hanc causam contemni procurat. Quid videtur, rogo repentè rescribere dignare. Magis autem non quod videtur, sed quod est vtile.

Epistola synodica Cyrilli Alexandrini episcopi ad Nestorium Constantinopolitanum. episcopum.

REVERENTISSIMO & 19.
deo amatissimo comministro Nestorio Cyrillus episcopus & synodus quæ conuenit in Alexandria Aegyptiaca diœcese, in domino salutem. Saluatore nostro dicente aperte, qui amat patrem aut matrem plusquam me, nõ est me dignus, & qui amat filiū aut filiam, &c. Quid faciemus nos, qui à tua reuerentia exigimur te diligere super omnium nostrū saluatorem Christū, quis nos in die iudicij iuuare poterit, aut quā reperiemus excusationem, qui silentiū ita longum dileximus, factis à te cōtra ipsum blasphemijs, & siquidem temetipsum solū læderes talia sapiens & docens, minus vtique cura esset. Quoniam verò omnem scandalizasti ecclesiam & fermentum insolitæ hæreseos & peregrinæ iniecisti populis, non ibidem solum mihi constitutis, sed & his, quis vbi que sunt, delati nanque sunt tuarum expositionum codices, qualis iam nostræ taciturnitati sufficiet fermo, aut quomodo non necessarium est meminisse dicente Christo, non putetis, quia veni mittere pacem super terram? Non ve-

ni mittere pacem, sed gladium. Veni enim diuidere hominem contra patrem suum, & filiam contra matrem suam. Cum enim fideles læduntur, rumpatur quidem vt irrita & vitiosa parentum reuerentia, quiescat autem & quæ in filios est & fratris affectionis, lex & piis iam melior sit mors quam vita, vt meliorem resurrectionem mereantur, secundum quod scriptum est. Ecce igitur præfidente sanctæ synodo, quæ in magna Roma congregata est sanctissimo & reuerentissimo fratre & comministro nostro Cælestino episcopo tertia te hac cõtestamur scriptura persuadentes desistere à vanissimis & distortis dogmatibus, quæ & sapis & doces apprehendere autem rectam fidem, quæ ecclesiis ab initio tradita est per sanctos apostolos & Euangelistas, qui & inspectores & ministri facti sunt. Aut si hoc non egerit tua reuerentia secundum definitas inducias in litteris memorati sanctissimi & reuerentissimi episcopi & comministri nostri Romanorum Cælestini. Cognosce te ipsum nullam sortem habentem nobiscum, neque locum in sacerdotibus dei & episcopis. Non enim possibile est præter mittere nos ecclesias sic perturbatas & scandalizatos populos, & rectam fidem iniurias sustinentem, & dissipatos à te greges, qui saluare debueras, si quidem esses secundum nos rectæ gloriæ amator sanctorum patrũ inuestigatus pietatem. Omnibus autem qui à tua reuerentia separati sunt propter fidem vt depositi, tam laicis, quoniam clericis communicatores sumus omnes. Nec enim

æquum

æquum est rectè sapere cognoscetes tuis cõdemnare sententiis, quia tibi beneficientes contradixerunt. Hoc enim ipsum iudicasti in epistola, quæ scripta est ad magnæ Romæ sanctissimum coepiscopum nostrum Cælestinum. Non sufficiet autem tuæ reuerentiæ confiteri solum fidei symbolum, quod expositum est in tempore per sanctum spiritum à sancta & magna Synodo tunc in tempore congregata in Nicæna, intellexisti enim & interpretatus es hoc non rectè, distortè autem magis quantum confitearis voce sermonem, sed hoc consequens est scripto & cum iureiurando confiteri, quia & anathematizas quidem tua praua & prophana dogmata, sapiens autem & doceris, quæ & nos omnes, & qui in Occidente & Oriente episcopi & doctores & populorum præpositi. Cõsensit autem & Romana sancta Synodus & nos omnes rectè habentibus & in reprehensibiliter epistolis ad tuam reuerentiam scriptis ab Alexandrinorum ecclesia. Subdimus autem his nostris litteris quæ te oporteat sapere & docere & à quibus cõuenit abstinere. Hæc enim catholicæ & apostolicæ ecclesiæ fides est, cui consentiunt omnes quique in Occidente sunt, & qui in Oriente orthodoxi episcopi. ¶ Credi-

*Symbolum
Nicænum.*

CONCILIVM

ctum, consubstantiali patri, per quem omnia facta sunt, quæ in cælo & in terra, qui propter nos homines & propter nostram salutem descendit de cælis, & incarnatus est & humanatus, passus & resurrexit tertia die, ascendit in cælos, venturus iudicare viuos & mortuos, & in spiritum sanctum. Eos autem qui dicunt, erat aliquando quando non erat, & prius qui nasceretur, non erat, quia ex non extantibus factus est, aut ex alia subsistentia & substantia, dicentes esse aut convertibilem aut mutabilem filium dei, hos anathematizat catholica & apostolica ecclesia. Sequentes autem ubique sanctorum patrum confessiones, quas fecerunt loquente in eis sancto spiritu, & intelligenti, quæ in eis est inuestigante intentione, per regiam viam incedentes, dicimus quia ipsum unigenitum dei verbum quod ex ipsa natura patris substantia est, quod ex vero deo deus verus, lumē de lumine, quod est, per quem omnia facta sunt, quæ in cælo & in terra, propter salutem nostram descendens, semetipsum deponens in exinanitionem incarnatum & humanatum est, hoc est, carnem accipiens de sancta virgine, & suam eam faciens ex vulua secundum nos pertulit natiuitatem, & processit ex muliere homo. Non hoc quod erat amittens, sed licet factus sit in assumptione carnis & sanguinis, etiam ita permanens quod erat, deus videlicet natura & veritate. Sed neque carnem dicimus in deitatis verti naturam, neque quidem in naturam carnis ineffabilem dei verbi translata naturam. Inconvertibilis enim est & immutabilis omnino idem ipse semper

EPHESINVM.

41

per manens secundum scripturas. Cum videretur autem & puer & in pannis existens, & in sinu matris virginis omnem implebat creaturam ut deus & confessor erat genitori. Diuinitas & enim sine quantitate & magnitudine est, & circum terminationem non sustinet. Uniri autem carni secundum subsistentiam confitentes verbum, unum adoramus filium, & dominum Iesum Christum, neque seorsum ponentes & diuidentes hominem & deum, quasi coniunctos ad inuicem dignitatis & auctoritatis vnitione. Nouitas enim vocis est hoc, & aliud est nihil. Neque quidem Christum specialiter nominantes, & deum verbum similiter, nec specialiter Christum alterum eum, qui ex muliere, sed unum solum scientes Christum ex deo patre verbum cum sua carne. Tunc enim humane iunctus est nobiscum cum utique his, qui digni erant accipere spiritum, daret ipse, & non in mensuram. Sicut dicit beatus Euangelista Iohannes. Sed neque illud dicimus, quia habitauit, quod ex deo verbum est, quasi in homine communi de sancta virgine nato, ut non dominum ferens homo intelligatur Christus. Et si enim dicitur habitauit in nobis verbum, & in Christo habitare omnis plenitudo deitatis corporaliter, sed tamen sentimus, quia factum est caro. Neque sicut in sanctis habitare dicitur secundum parem modum fieri definimus habitationem. Sed vnitum secundum naturam, & non in carnem versus, tale dicit habitationem, qualem utique habere dicitur & hominis anima ad proprium suum cor-

F

CONCILIVM

pus. Vnus igitur Christus & filius & dominus. Non vt coniunctionem simpliciter munitione dignitatis vel etiam auctoritatis habente homine ad deum, non enim vnit naturas par honor. Et enim Petrus & Ioanes pares honore sunt quidem ad inuicem, secundum quod & apostoli & sancti discipuli, at tamē non vnus sunt duo. Neque quidem secundum appositionem coniunctionis intelligimus modū, non sufficit enim hoc ad vnitionem naturalem, neque quidem quasi secundum participationem affectualem sicut & nos adhærentes domino, secundum quod scriptum est, vnus spiritus ad eum sumus. Magis autem cōiunctionis nomen recusamus, vt pote non idoneum existens significare vnitionem. Sed nec deum nec dominum Christi ex deo patre verbum nominamus, nè rursus aperte secemus in duos vnum Christum filium & dominū, & blasphemix crimen incurramus, deum suum & dominum facientes eum. Vnitum enim, sicut prædiximus dei verbum carni secundum subsistentiam deus quidem est omnium, dominator autem vniuersitatis. Neque enim ipse sibi seruus, aut dominus. Fatuum enim est, magis autem & impium ita sapere vel dicere. Ait enim deū suum patrem, cum sit deus natura & ex substantia eius, sed non ignoramus, quod cum sit deus & homo factus, sub deo secundum legem, quæ conderet humanam naturam, ipse verò sibi quomodo fiet deus aut homo dominus. Ergo vt homo, & quantum attinet & decet exinanitionis mensuras, sub deo nobiscum

EPHESINVM.

42

nobiscum semetipsum esse dicit. Sic factus & sub lege cum locutus ipse sit legem, & legislator existens, vt deus. Recusamus autē dicere propter indutum indumentum veneror, propter inuisibilem visibilem adoro. Quid videtur pauore plenum. Super hoc etiā illud dicere. Assumptus assumentis coappellatur deus qui enim hæc dicit, secat iterum in duo Christum, & hominem statuit per partem specialiter, & deum similiter. Denegat enim euidenter vnitionem, secundum quam non vt alter alteri coadoratur quispiam. Neque quidem coappellatur deus, sed vnus intelligitur Christus Iesus filius vni-genitus, vna adoratione honorandus cum sua carne. Confitemur autē, quia ex deo patre est natus filius vni-genitus & deus, licet secundum naturam existens impassibilis, carne passus est pro nobis secundum scripturas, & erat in crucifixo corpore suæ carnis impassibilis proprias faciens passiones, gratia autem dei pro omnibus gustauit mortem, dans ei suum corpus, quanuis secundū naturam existens vita, & ipse sit resurrectio. Vt enim per ineffabilem naturam cōculcans mortem, in primum quidem per suam carnem fiat primogenitus ex mortuis, & primitiæ dormientium, iter faciat etiam humanæ naturæ ad incorruptionis recursum, gratia dei, sicut diximus nuper pro omnibus gustauit mortem, triduanus autem reuixit, expoliatis infernum, vnde licet dicatur per hominem facta resurrectio mortuorum, sed intelligimus hominem factum ex deo patre verbum & solutam esse

F ij

per eum mortis potestatem. Veniet autem in tempore, ut vnus filius & dominus in gloria patris, ut iudicet mūdum in iustitia, sicut scriptum est. Necessariō verō & illud adiicimus. Annunciantes enim secundum carnem mortem vnigeniti filij dei, hoc est, Iesu Christi, & ex mortuis resurrectionem, & ad cœlos ascensionem confitentes sine sanguine in ecclesiis celebramus sacrificium. Accedimus etiam ita ad mysticas benedictiones & sanctificamur, participes effecti sanctæ carnis & præciosi sanguinis omnium nostrum saluatoris Christi, & non ut carnem communem accipimus, absit, neq; quidem ut viri sanctificati & coniuncti verbo secundum vnitionem dignitatis, vel etiam quasi inhabitationem diuinam habētis, sed ut viuificatoriam verè & propriam ipsius verbi. Vita enim est secundum naturam ut deus, quoniã autem fecit suam carnem, viuificatoriam eam ostendit. Quare licet ad nos dicat. Amen dico vobis. Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non ut hominis cōmunis secundum nos vnus cuiuslibet hanc esse æstimamus. Quoniam enim hominis caro viuificatoria erit secundum naturam suam. Sed ut propriam verè factam, eius qui propter nos & filius hominis factus est & appellatus. Euāgelicas autem saluatoris nostri voces, nec subsistētis duabus, neque quidē personis diuidimus. Nec enim est duplex vnus & solus Christus, licet ex duabus intelligatur, & diuersis rebus munitione. Sicut certè homo ex anima intelligitur & corpore, & nō duplex

plex magis, sed vnus ex vtroque humanas etiam adhuc & deificas voces ab vno dici certi sumus sapientes rectè. Quādo enim deus decibilter dixit de semetipso qui videt me videt & patrem, & ego & pater vnum sumus diuinam eius & ineffabilem sentimus naturā secundum generationē & vnum est ad suum patrem, propter id, quod eiusdem substantiæ imago & figura & splendor gloriæ eius sit. Quādo autem humanitatis mēsuram nō ex honorās Iudæos alloquitur, modò me queritis occidere hominem, qui veritatem vobis locutus sum, iterum nihilominus eundem, qui inæqualitate & similitudine est patris domini verbū, & ex humanitatis eius mensuris agnoscimus. Si enim est necessarium credere, quia deus existens natura factus est caro vel homo animatus anima rationali, qualem vtique habebit rationem, vereri quēpiam in vocib⁹ eius, si factæ sunt hominē condecetes. Si enim recuset hominem decentia verba, quis est qui coëgit eum fieri secundum nos hominem, qui deposuit semetipsum in spontaneam exinanitionem, ob quam causam recusauit exinanitioni conuenientes sermones. Vni igitur personæ in Euangeliis, quæ sunt omnis applicentur voces substantiæ vni verbi incarnati, vnus enim Iesus Christus secundum scripturas. Sic autem vocatur & apostolus & pontifex confessionis nostræ, ut sacrificans deo & patri, quæ ex nobis est suam & per se deo & patri oblatam fidei confessionem, nec non sancto spiritui. Iterum ipsum esse dicimus ex deo secundum natu-

ram vnigenitum & nō homini impertimus qui-
dem præter ipsum alteri sacerdotij nomen. Ex
ipsa verò re factus est mediator dei & hominum
& conciliator pacis semetipsum consecrans in
odorem suauitatis deo & patri. Nam & dicebat:
Sacrificium & oblationem noluisti holocausto-
mata & de peccato nō placuerunt, corpus autem
perfecisti mihi, tunc dixi, ecce venio, In capite li-
bri scriptum est de me facere voluntatem tuam.
Obtulit enim pro nobis in odorem suauitatis
suum corpus, & nō magis pro se, potior existens
omni peccato vt deus. Si enim omnes peccau-
erunt & egent gratia dei, secundum quod facti su-
mus nos prompti ad transgressionem, & infir-
mata est, & ægrotauit humana natura in peccato,
ipse verò non ita, & eguimus ob hoc gratia eius,
quoniam iam erit ambiguum, quia mactatus est
propter nos & pro nobis agnus dei verus, & di-
cens quia obtulit semetipsum pro se & pro no-
bis, exors erit nullo modo ab impietatis crimi-
nibus. Deliquit & enim nullo modo, neque fecit
peccatum. Qua igitur eguit oblationis, peccato
non existente pro quo vtiq; fieret, & valdè con-
gruum esset. Cum autem dicit de spiritu, ille me
glorificabit, intelligentes rectè, non vt gloriæ in-
digentem alterius, dicimus vnum Christum & fi-
lium à sancto spiritu gloriam accipere, quia nec
potior eo est, & super eum eius spiritus est. Quo-
niam autem ad demonstrationem suæ diuinita-
tis vtebatur suo spiritu ad magnas operationes,
glorificari se ab eo dicebat, veluti si quispiam di-
cat

cat eorum, qui secundum nos sunt de infita sibi
fortitudine forsitan vel disciplina vel de quoli-
bet, quia glorificabunt me. Quauis enim est in
subsistentia spiritus speciali, nam & intelligitur
per se secundum quod spiritus est, & non filius,
sed tamē nō est alienus ab eo. Spiritus enim veri-
tatis nominatur, & est Christus veritas, & pro-
fluit ab eo, sicuti denique & ex deo patre, opera-
tus enim spiritus & per manum sanctorum apo-
stolorum mirabilia, post ascēsum domini nostri
Iesu Christi ad cœlos glorificauit eum. Creditus
est enim, quia deus secundum naturam est iterum
ipse operans per suum spiritum. Propter hoc &
dicebat: De meo accipiet & nunciabit vobis: Et
non vsquam dicimus, quasi ex participatione spi-
ritus sapiens est & potens. Vndique enim perfe-
ctus est, & non indiget omnibono. Quoniam
autem patris virtutis & sapientiæ hoc est filij spi-
ritus est, ipsa re sapientia est & virtus. Quoniam
verò dominum adunitum carni secundum sub-
sistentiam sancta virgo genuit carnaliter, hinc &
dei genitricem esse dicimus eam. Non quasi dei
verbi naturæ essentia inīitium habente de carne.
Erat enim in principio & deus erat verbum, &
verbum erat apud deum, & ipse est seculorum fa-
ctor consempiternus patri & omnium opifex.
Sed sicut iam prædiximus, quoniam secundum
subsistentiam vnens sibi humanitatem, & ex vul-
ua eius natiuitatem sustinuit carnalem, nō vt in-
digens necessario, seu propter suam naturam e-
tiam in tempore & in vltimis seculi momentis

natiuitate, sed vt ipsum esentia nostræ benedicat initium, & pariente muliere eum adunitum carni quiescat iam quæ contra omne humanum genus erat maledictio, transmittens ad mortem de terra nostra corpora, & illud quod dictum est, in tristitia paries filios per ipsum destructum verum ostenderet, quod prophetæ voce dictum est. Absorpta est mors præualēs. Et iterū. Abstulit deus omnem lachrymam ab omni facie. Propter hanc enim causam dicimus eum dispensatiuè & ipsas benè dixisse nuptias, & perrexisse in Cana Galileæ simul cum sanctis Apostolis. Hæc sapere edocti sumus, tã à sanctis Apostolis quàm Euangelistis, & omni à deo inspirata scriptura, & ex beatissimorum patrum vera confessione. His omnibus & tuam reuerentiã consentire oportet, & polliceri sine dolo aliquo. Quæ verò sunt necessaria anathematizare tuã reuerentiã subiecta sunt huic nostræ epistolæ. 1. ¶ Si quis non confitetur dominum esse secundum veritatem Emmanuel, & propter hoc genitricem dei sanctam virginē, genuit enim carnaliter carnem factum ex deo verbum, anathema sit. 2. ¶ Si quis non confitetur carni secundum subsistentiam vnium ex deo patre verbum, vnūque esse Christum cum sua carne, eundem videlicet deum simul & hominem anathema sit. 3. ¶ Si quis in vno Christo diuidit subsistentias primo ad vnationem, sola copulans eas coniunctione, quæ secundum dignitatem vel authoritatem est, & non magis concursu secundum ad vnitionem naturalem

ralē anathema sit. 4. ¶ Si quis personis duabus vel subsistētis, quæ sunt in Euangelicis vel Apostolicis scripturis impertit, voces aut de Christo à sanctis dictas, aut ab ipso de se & quasdã velut homini præter ex deo verbo specialiter intellectu applicat, quasdã verò velut deo decibilter soli & deo verbo anathema sit. 5. ¶ Si quis audet dicere Theophoron idem deum ferentem hominem Christum, & non magis deum esse secundum veritatem, vt filium vnum & natura secundum quod factum caro verbum communicauit similiter vt nos carne & sanguine anathemat sit. 6. ¶ Si quis dicit dominum esse Christi ex deo patre verbum, & nõ magis eundē confitetur deum simul & hominem, vt pote factum carnem verbum secundum scripturas anathema sit. 7. ¶ Si quis dicit sicut hominem operatum esse cura dei verbum Iesum, & vnigeniti gloriam adhibitam esse tanquam alteri præter eum existenti, anathema sit. 8. ¶ Si quis audet dicere assumptum hominem coadorari oportere deo verbo & conglorificari & coappellari deum, quasi alterum in altero, & non magis vna adoratione honorificat Emmanuel, & vnam ei glorificationem adhibet secundum quod factum est caro verbum, anathema sit. 9. ¶ Si quis dicit vnum dominum Iesum Christum glorificari à spiritu, quasi aliena virtute, quæ per eum est, vtentem, & accipientem operari posse, & contra spiritus immundos & adimplere in homines dei miracula, & non magis proprium eius dicit

spiritum, per quem & operatus est deitatis signa.
anathema sit. 10. ¶ Pontificem & apostolum
confessionis nostræ factum Christum dicit scri-
ptura. Obtulisse etiam pro nobis semetipsum in
odorem suauitatis domino. Si quis igitur ponti-
ficem dicit & apostolum nostrum fieri, non ipsum
ex deo verbum, quando factum est caro, & secun-
dum nos homo, sed quasi alterum præter ipsum
specialiter hominem ex muliere, aut si quis dicit
& pro se obtulisse eum sacrificium, & non magis
pro nobis ipsis, nec enim indignum sacrificio, qui
nescit peccatum, anathema sit. 11. ¶ Si quis non
confitetur deum carnem viuificatoriam esse, &
propriam eius verbi, quod ex deo patre est, sed ve-
lut alterius præter ipsum copulati quidem ei se-
cundum dignitatem, aut quasi solummodo diui-
nam habitationem habenti, & non magis viuifica-
toriam sicut diximus, quia facta est propria verbi
omnia viuificare valentis. anathema sit. 12. ¶ Si
quis non confitetur dei verbum passum carne, &
crucifixum carne, & quod mortem gustauit carne,
factum etiam primogenitum ex mortuis, secundum
quod vita est à patre, & viuificans ut deus. anathe-
ma sit. Data mensis Nouemb. die 30. indict. 14.

*Epistola eiusdem scripta ad Clerum & populum
Constantinopolitanum.*

16.

DILECTISSIMIS & desiderabi-
libus presbyteris & diaconibus & po-
pulo Constantinopolitanis Cyrillus e-
piscopus & Synodus quæ conuenit
in

in Alexandria Aegyptiaca diocese, in domino
salutem. Vix quidem aliquando peruenimus ad
quod fuerat melius ab initio peruenire, ut curam
haberemus hoc est omnium vestrum salutis, ut
non oporteret pati perfidiae tumultum. Satisfaci-
mus autem omnium vestrum propter hoc con-
tristationibus. Proteximus enim non sine lachry-
mis preteritum tempus. Sperabamus autem quia
consilij & monitionibus ecclesiasticis & om-
nium vestrum increpationibus mutaret quidem
semetipsum à discordantibus dogmatibus reue-
rentissimus episcopus Nestorius, honoraret au-
tem nobiscum fidem traditam ecclesijs, & à san-
ctis apostolis & euangelistis & ab omnibus sacris
litteris & vocibus sanctorum & prophetarum pro-
habenda rectitudine obfirmatam. Quia vero &
ex his, quæ apud vos in ecclesia loqui non cessat,
& ex scriptis expositionibus eius errantem inue-
nimus & non mediocriter impium circa fidem, iam
necessarie venimus, ut oporteat per Synodicas eius
litteras contestari. Quia nisi abstinuerit velociter à
suis nouitatibus & secundum definitas inducias
à sanctissimo & dei cultore romanæ ecclesie pò-
tifice Cœlestino anathematizauit quidem illa in
scriptis, quæ dixit apud vos & libris interposuit
aut interponi præparauit, quæ etiam apud nos
sunt, nullum communicationis habebit locum
cum sacerdotibus dei, sederit omnium alienus.
Nullus autem accuset segnitie: Non enim dormi-
tauimus sic in magno grege turbato, magis autem
ubique populis & ecclesijs. Sed imitati sumus

CONCILIVM

eos, qui medicinale habent experimentum, qui-
que passionibus, quoniam corporibus fiunt non
continuo ferri & ignis inferunt necessitates, sed
minoribus in principio medicamentis maturant
expectantes conueniens incisionibus tempus.
Viriliter itaque agite in domino, & vestram fi-
dem seruantes immutilatam bene complacere
festinate christo vni & soli & verè filio dei, me-
mores etiam sacrorum vestrorum patrum, qui
sacerdotium tenuerunt rectè & sanctè apud vos
quique adhuc viuentes dei genitricem nomina-
bant sanctam virginem. Peperit enim Emma-
nuel, quod est nobiscum deus. Verè enim factum
caro verbum, & natum est carnaliter ex muliere,
vt nos inueniremur fratres eius, qui vltra omnè
creaturam est, Prædicabant autem non duos a-
pud vos Christos, sed vnum eundem dei ver-
bum, & hominem secundum carnem ex muliere,
non copulatione pura, & tanquam sub æquali-
tate sola dignitatum compactum hominem deo.
Hæc enim illius sunt tepida & inutilia & senilia
dogmata. Eundem verò & passum dicebant car-
naliter pro nobis mortem, & resurrexisse diuine,
& conculcasse mortis imperium, & venturum iu-
dicem omnium. Hanc vobis accendentes semper
fidem, puros & immaculatos vosmetipsos con-
seruate neque cõmunicantes memorato, neque
tanquam doctorem respicientes, si lupus pro pa-
store remanserit, & post hanc nostram admoni-
tionem ad eum factam sapere voluerint, quæ per-
uersa sunt. His autem clericis siue laicis, qui pro-
pter

EPHESINVM.

47.

pter rectam fidem separati sunt aut depositi ab
eo, communicamus nos, non illius confirmantes
iniustam, sententiam sed laudantes potius eos,
qui passi sunt, & illud dicentes eis. Si exprobra-
mini in domino beati estis, quia virtutis & dei
spiritus in vobis requiescit:

ITEM EPISTOLA IMPERATORVM
Ad Cyrillum episcopum Alexandrinum.

IMPERATORES CAESARES
Theodosius & Valentinianus victores,
triumphatores Maximi semper Au-
gusti. Cyrillo episcopo.



VRÆ multæ est Dei cultura nõ 17:
bis, propter quam delinquentes ve-
nia potiuntur. Quod nõ tamen ap-
probabile est in his qui laudari à no-
bis debent & maximè propter reli-
gionem honorari. Sacerdotes autem decet & ex
morum benignitate & ex subtilitate circa fidem
esse mirandos & simplicitatem semper ostendere
vitæ & agnoscere quia vniuscuiusque causæ na-
turam & circa pietatem maximè rationes, magis
inuenit quæstio quàm potestas. Scilicet ab initio
nobis eas non terminatio vniuscuiusque poten-
tis qui posse putaretur sed sanctorum patrum &
sacri concilij decretum constituit, & omnibus
palam est quia religio firmitatem non ex iussio-
ne habet, potius quàm consensu. Nunc itaque nos

tua reuerentia doceat, cur nos quibus nosti tantam semper esse pietatem contemnans simul & vndique sacerdotes quibus collectis esset melius soluere dubitationem, tumultum quantum ad te & diuisionem ecclesijs intulisti, tanquam audaciæ vehementia in rationibus pietatis plus valeat quam subtilitatis & apud vos ipsos non amplius mensura quam audacia locum obtineat atque varietas & potiùs hæc nobis placeant quam simplicitas cum non ita nostrum plurimum honorem à tua suscipi reuerentia crederemus, sicut nec indignari nouimus, quia vniuersa pariter conturbantur. Nunc autem cura nobis est sacræ tranquillitatis. Omnia verò scitote commouisse non vt oportebat. Et nihil mirabile est, excedentem mensuram non vsque ad ecclesiasticos & sacerdotes figere conamen, sed etiam de nobis ipsis credere, nostræ aliquid pietatis indignum. Aut quam habuit rationem alia quidē ad nos & piissimam Augustam Eudochiam meam coniugem scribere, alia vero ad meam sororem Reuerentissimam Augustam Pulcheriam: aut discordare nos æstimasti, aut discordaturos separasti ex tuæ reuerentiæ literis. Hoc autem etiam si factum sic se habuisset, sua perscrutatione nosse eum qui sic procul existit, omnino reprehensibile est, & non factum facere velle, tanquam non esset occasio altera probitatis. Vt autem scias qualia sunt quæ nostra sunt & ecclesias noueris & imperium munitum & adhuc amplius etiam dicentibus muniendum, saluatoris prouidentia Dei, data tuæ reuer-

reuerentiæ venia, Vt non occasionem sumas neque dicere possis quia propter sermones pietatis excluderis, exerceri eos coram sacro concilio volumus & teneri quomodo visum fuerit, benè, siue Impetrent veniam siue non à patribus qui vincentur. Nos igitur conturbari ciuitates & ecclesias non patiemur, sed neque inexaminatos nobis sermones, quorum oportet iudices præsidere vndique præsules sacerdotij, per quos nos firmiores verè recte sumus & erimus. Omnino autem nullus ita vel si parum participatus republica dignus licentiam habebit secundum talem confidentiam declinare velle iudiciū, quando hoc neque volenti licebit, nostra nō sinente maiestate quæ iubere magis vult quam suadere aut suaderi de talibus. Quapropter venire oportet tuam reuerentiam secundum tempus quod alia significant literæ ad omnes directæ metropolitanos episcopos, & nostrum affectum non aliter reparandum sperare, nisi omnem quidem tristitiam turbamque compescas & ad perscrutationem quæstionum sponte conuenias. Sic. n. putaberis neque propria offensione percussus, nec alicui contra quod conuenit, indignatus, & quæ etiam facta sunt, dure quidem extra rationem, omnino tamen pro gloria fecisse, & de cætero quæ iusta sunt, velle. Non. n. volentem aliter sustinebimus.

CONCILIVM
ITEM EPISTOLA IMPERATORUM
ad Cyrillum episcopum
Alexandrinum.

IMPERATORES CAESARES
Theodosius & Valentinianus victores
Triumphatores Maximi semper
Augusti. Cyrillo
episcopo.

18. **D**ENDET in Dei cultura nostræ vitæ status, & multa in his inest cognitio & insertio. Complectuntur enim alterutra & vtraque alterno profectu conerescit, vt vera quidem religio per iustitiam, res autem publica dum per vtraque continetur, refulgeat. Imperatores siquidem constiuti à Deo & coniuncti subiectorum pietate & securitate consistentes inerumpibilem semper copulationem horum seruamus prouidentia & hominibus mediâtes. Illi namque ministramus ad reipublicæ clementum. Per omnia vero, vt ita dicamus, subiectorum curam habentes, hos pie agere, & conuersari secundum quod pios decet procuramus vtriusque conueniēter diligentiam habentes. Non enim possibile est, qui alterius sollicitus est, non similiter & pro altero cogitare. Studium ergo ponimus præ omnibus ecclesiasticū statum deo decentem & nostris temporibus congruum permanere & habere ex omnium vnanimitate tranquillitatem, & per pacem ecclesiasticarum

EPHESINVM.

49

carum rerum quietem existere pię religioni irreprehensibilem & eos qui in clero magnóquæ sacerdotio constituti sunt, omni conuersationis querela priuari. Hæc conspicientes per charitatē in deum & voluntatem alterni amoris pie viuētium roborari. Sæpe quidem iam propter hæc quæ per tempus incidunt, necessariam vndique sanctissimorum episcoporum deo amabilem synodum indicauimus, pigriores tamen eorum reuerentia facti sumus. Sed moderna necessariorum ecclesiasticarum & his coniunctarum publicarum utilitatum quæstio, vtilissimam & inuitabilem hanc ostendit. Vnde ne præsentis sic vtilis quæstionis negligentia ad peius sumat auxilium quod est pietatis nostrorum tēporum alienum, cogitet tua reuerētia post celebrationem (quod Deo comitante dicendum est) sancti Paschæ, ad Ephesiorum Asiæ cōuenire in ipso sancto Pentecostes die, paucos quos ad probaueris sub tua constitutos prouincia sanctissimos episcopos ad eam concurrere procurans quatenus & sufficētes in ipsa prouincia sanctissimis ecclesiis, & synodo opportuni non desint. Scriptum namque est à pari à nostræ maiestate de prædicta sancta Synodo Deo amabilibus episcopis vbique metropolitans, quatenus hoc factum & turba quæ ex dubitationibus prouenit, secundum ecclesiasticas regulas dissoluatur. & in his quæ non decenter facta sunt, detur correctio & circa Deum reuerentia & publicorum utilitas firma cōsistat; nulla quippe ante sanctissimam & futura ab ea

G

CONCILIVM.

communi decreto ab omnibus dari forma, nouitate, seorsum ab aliquibus facienda. Et confidimus quidem vnumquemque Deo amabilem sacerdotum, scientem ecclesiasticarum & totius orbis gratia causarum sanctissimam synodum hac nostra sanctione cogi, concurrere festinanter, & his quæ ita necessarie ad dei placitum pertingunt, quantum poterit subuenire. Et nos quoque horum multam habentes sollicitudinem, deesse nullum libenter patiemur, nec vllam habebit ad Deum nec ad nos satisfactionem, qui non repente secundum prædictum tempus ad definitum locum festinanter aduenerit. Nam qui vocatus ad sacerdotale concilium, alacriter non occurrerit, non bonæ esse conscientiæ demonstrabitur. DATA XIII. KAL. DECEMBR. Constantinopoli.

Epistola Ioannis Antiocheni episcopi ad Cyrillum episcopum cum iam sacrum concilium Ephesi conuenisset.

59. **D**OMINO meo amabili & sanctissimo Cyrillo, Ioannes in domino Salut. Neque mediocriter mordet, quod omnino vestra sanctitate in Ephesum ueniente, paucis his defui diebus. Ipso. n. opere desiderium circa tuam sanctitatē plus mihi inest velocius iter arripere. Sum. n. orationib. tuæ sanctitatis ad Ianuas, iam multum passus itineris laborem. Dies. n. habui triginta tantum namque circu-

EPHESINVM.

50

circulus itineris habet iter faciens, nusquam penitus parcens mihi ne aliquib. dominorum Deo amabilem episcoporum inæqualitate pariter habentibus, animalibus autem plurimis corruentibus pro assiduitate viæ. Ora ergo domine & has quinque aut sex mansiones sine tristitia nos iter agere & concurrere & amplecti sacrum nobis sanctumq; caput. Qui circa me sunt Deo amabiles episcopi, Ioānes, Paulus, Macarius, alloquuntur tuā sanctitatem. Omnem quæ tecum est fraternitatem ego & qui mecum sunt, plurimum salutamus. In columis orans pro nobis perseueres Domino Deo amabilis & sanctissime.

EXEMPLAR MONV-
MENTORVM QVÆ GE-
STA SVNT IN EPHESO

*A SANCTO CONCILIO,
Super depositione Nestorij.*

DOST consulatum Dominorum nostrorum Flauij Theodosij xij. & Flauij Valentiniani tertium, Imperatorū Augustorum X. KAL. Iulij, Synodo celebrata in Ephesinorum metropoli ex decreto religiosissimorum & Christianissimorum Imperatorum, residentibus in sancta ecclesia quæ vocatur MARIA reuerentissimis & sanctissimis episcopis Cyrillo

Hæc gesta recitatur ex parte in prima actione Chalcedonensis concilij sub alia translatione. 22. Iulij.

G ij

CONCILIVM

Alexandriæ obtinente locum sanctissimi archiepiscopi Romanorū ecclesiæ Cælestini, & Iuuenali Hierosolymorum, & Memnone Ephesiorum & Flauiano Philippensium, obtinente locum Rufi reuerentissimi episcopi Thessalonicensium.

& Theodoro	Ancyra Galatiæ primæ
& Firmo	Cæsareæ Cappadociæ primæ
& Achatio	Melitenæ Armeniæ
& Ichonio	Gortynæ, Cretæ
& Peregrino	Corinthi Helladæ
& Cyro	Afrodyfiadis Cariæ
& Valeriano	Iconij
& Esichio	Parij
& Ellanico	Rhodi
& Dinato	Nilopoleos, Epyri veteris
& Eucharis	Dyrrhacij, Epyrinouæ
& Perrebo	Farmalij
& Eudoxio	Chomatis, Lyciæ
& Siluano	Chæretapon, Fugiæ
& Amphilochio	Sidæ, Pamphiliæ
& Epiphanio	Cyraciæ Honoriadis
& Gregorio	Cerasuntis Ponti Polemoniæ
& Prothinno	Conanæ
& Palladio	Amasiæ Helleponti
& Senetione	Codrorum
& Achatio	Archæ
& Docimasio	Maroniæ Thraciæ
& Ioanne	Proconissi
& Daniele	Coloniæ secundæ Cappadociæ & Ro-

EPHESINVM.

& Romano	Raphiæ
& Pauliniano	Maiumæ Gazzæ
& Paulo	Anthedonis
& Fido	Ioppe
& Ioanne	Sicomazonis
& Theodoro	Gadarorum
& Letoio	Libiadis
& Abdella	Eleusi
& Theodoro	Aribdilæ
& Petro	Parembolorum
& Ioanne	Augustopoleos
& Saida	Phenesi
& Rufino	Taborum
& Anisio	Thebarum
& Alcrate	Naupacti
& Domino	Opuntis
& Nicio	Magarensium
& Agatocle	Coloniæ
& Felice	Apolloniæ & helliadæ
& Theodoro	Dodonis
& Anderio	Chersonisi Cretæ
& Paulo,	Lampæ
& Zenobio	Gnosi
& Luciano	Poteri Thraciæ
& Ennepio	Maximianopoleos
& Secundiano	Lamiæ
& Dione	Thebarum Thessaliæ
& Theodoro	Ethinici
& Martyrio	Helitrorum
& Thoma	Zerbæ
& Athanasio	Parosithi

CONCILIVM

& Themistio Iasi
 & Aptonito Heracliaē
 & Phyleto Amazonis
 & Apella Cybiræ
 & Spudasio Cerameorum
 & Archelao Myndi
 & Phaniaē Arpaforum
 & Promacho Alindorum
 & Philippo Pergamorum Asiaē
 & Maximo Cyme
 & Dorotheo Myrenæ
 & Maximo Afsi
 & Euporo Hipeporam
 & Alexandro Arcadiopoleos
 & Euticho Theodosipoleos
 & Rodoue Paleaspoleos
 & Eutropio Euazorum
 & Afobio Colæ
 & Nestorio Syon
 & Heracleo Tralleorum
 & Theodoto Misse
 & Theodoro Aneueti
 & Timotheo Bruilorum
 & Theodosio Mastrorum
 & Tychio Cythrorum
 & Eusebio Clazomeniorum
 & Euthalio Colofonis
 & Modesto Aueorum
 & Theosio Prinaē
 & Eusebio Magnisiaē
 & Sapricio Pamphi Cypri

& Zoē

EPHESINVM

& Zonone Cypri Cypri
 & Regino Constantiaē
 & Euagrio Solonorum
 & Cælaro Cherepreco
 & Tribuniano Aspendi Pamphiliaē
 & Nunechio Selgæ
 & Solone Caralliaē
 & Acio Coutennorum
 & Nesio Coribrafsi
 & Matidiano Coracensorium
 & Nectario Neorum
 & Eutropio Etennorum
 & Tariano Lyrbæ
 & Eusebio Aspanorum Galatiaē
 & Philomeno Cynnæ
 & Strategio Atribidis
 & Eusebio Eracliaē Honoriadis
 & Paralio Andraporum Hellefonti
 & Hermogene Rinocorum
 & Euoptio Ptolomaidis Pentapoleos
 & Eusebio Pelusij
 & Elilugio Therenitidos
 & Adelfio Honuppheos
 & Paulo Fragoneos
 & Hibamone Copte
 & Theopento Cabascorum
 & Macario Meleos
 & Adelfio Seos
 & Macedonio Xoëos
 & Marino Heliopolitarum
 & Metrodoro Leontorum

G iiij

CONCILIVM.

& Macario	Anteorum
& Pabisco	Apollonis
& Petro	Oxyrinchi
& Athanasio	Paralij
& Siluano	Copritidis
& Ioanne	Ephesti
& Aristobolo	Thumneos
& Theone	Sechristi
& Lampetio	Casij
& Cyro	Achæorum
& Publio	Oibiæ
& Samuele	Disteorum
& Zenobio	Barchæ
& Zenone	Theucrorum
& Daniele	Dardanorum
& Sopatro	Septimiacæ
& Eusebio	Nicopoleos
& Heraclide	Heracliæ
& Chriſaorio	Afroditæ
& Andrea	Hermopoleos
& Sabino	Panos
& Abraham	Ostraceuz
& Hieracæ	Aphuæi
& Alipio	Sele
& Alexandro	Cleopatridis
& Yſaac	Tauæ
& Ammone	Buti
& Eracleo	Clyneos
& Yſaac	Heliarchiæ
& Eraclio	Tamiatidis
& Theona	Præſinci

& Am=

EPHESINVM.

& Ammonio Phanephi
& Beſſula Diacono Carthaginis.

BETRVS Presbiter Alexandriæ & primicerius notariorū, dixit. Adhuc in initio Reuerentissimo Nestorio ordinato episcopo in sancta Constantinopolitanorum ecclesia, & quibusdam nō multis discurrentibus diebus, prolatae sunt de Constantinopoli à quibusdam expositiones eius, quę turbabant legentes, vt multa ex his causis fieret perturbatio. Hoc ediscens Reuerentissimus episcopus Alexandriæ Cyrillus scripsit primam & secundam epistolam ad Reuerentiam eius, suasionis & cōmonitionis plenas. Ad has rescripsit renitens & aduersatus destinatis super his epistolis. Adhuc ediscens idem Reuerentissimus Cyrillus quia & Romam destinatae sunt ab eo epistolæ & codices expositionum eius, scripsit & ipse ad Reuerentissimum episcopum Romæ Cælestinum, per Possidonium Diaconum, demandans ei, quia si inuenti fuerint ei redditi Codices expositionū eius & epistolæ, redde & meas epistolas. Siue non, afferes huc non redditas. Iste inueniens expositiones & epistolas ei redditas, necessario & ipse reddidit: & scripta sunt quę competunt à sanctissimo & Reuerentissimo ecclesie episcopo Cœlestino, formam certam cōtinentia. Quoniam igitur ex Imperiali & religioso nutu sancta vestra celebratur Synodus, hic rursus edocemus necessario quoniā & has char-

tas præ manibus habemus ad id quod placuerit
vestræ Reuerentiæ. Iuuenalis episcopus Hiero-
solymorum dixit: Legatur religiosissimorum &
amatorum Christi nostrorum Imperatorum scri-
ptum ad singulos metropolitanorū destinatum
& præfulgeat nunc celebrandis gestis. Quod
prolatum est per religiosum Petrum presbite-
rum Alexandria. Lectum est ita.

Imperatores Cæsares Theodosius & Valen-
tinianus victores triumphatores maximi, sem-
per Augusti: Cyrillo. Pendet ad dei nutum.
Etcæ. Firmus episcopus Cæsareæ Cappado-
ciæ dixit. Hoc nobis testimonium exhibeatur à
Reuerentissimo & sanctissimo episcopo ciuita-
tis Ephesi Memnone, quantus numerus dierum
præterit post aduentum nostrum. Memnon epi-
scopus Eph. si dixit. A definita dilatione pij &
Deo amabilis rescripti, transferūt dies sex decim.
Cyrillus episcopus Alexandria dixit. Sufficien-
ter sancta & magna synodus sustinuit, expectans
aduentum eorum qui venire expectabantur Re-
uerentissimorum episcoporū. Quia verò multi
episcoporum, alij quidem in egritudinem inci-
derunt, defuncti sunt autem & alij, consequens
est hoc quod competit, decretis agi, & quæ de fi-
de sunt comprehendere ad vtilitatem totius ec-
clesiæ quæ sub cælo est. Vnde legantur in ordi-
nem quæ ad causam conueniunt chartæ præci-
pue: quia sanctum decretum piissimorū & ama-
torum Christi imperatorum, lectum est huic sy-
nodo per magnificū & gloriosum comitem do-
mesti-

meslicorum Candidianum, quod præcipit, quæ
fidei sunt inquiri, & disponi sine aliqua dilatio-
ne. Theodotus episcopus Ancyra dixit. Carta-
rum quidem lectio erit secundum oportunitatem
tempus, nunc autem consequens est in his quæ
gerūtur simul esse & Deo amabilem Nestorium,
vt ea quæ de pietate sunt, stent ex communi sen-
tentia atque consensu. Hermogenes episcopus
Rinocorum dixit. Destinatus sum hesternum
die à vestra reuerentia commonere Reuerentis-
simum Nestorium quia debet confidere in Sy-
nodo & non ignorauit diem huius sanctæ syno-
di & dixit. Interea video, & si oportuerit me ve-
nire venio. Athanasius episcopus Parali dixit:
Missus sum à vestra reuerentia hesternum die qua-
tenus commonerem Reuerentissimum Nesto-
rium confedere in sancta synodo. Aduenimus
verò ad eum, commonentes eum de hoc. Ille au-
tem adfirmavit dicēs: Quia video, & si me oportuerit
venire venio. Petrus episcopus Parembolorum
dixit: Hesternum die destinati sumus à ve-
stra reuerentia ad Reuerentissimum episcopum
Nestorium commonere eum quia in hoc die con-
fessura est synodus & respondit dicens: Quia, vi-
deo, & si me oportuerit venire, venio. Commo-
niti sunt autem & qui cum eo erant Reuerentis-
simi & Deo amatores episcopi existentes minus
plus sex aut septem & dixerunt & ipsi, videmus
& si probauerimus crastino veniemus. Paulus e-
piscopus Lampe dixit: Sancta vestra & beata Sy-
nodo præcipiente ire nos ad Reuerentissimum

CONCILIVM

Nestorium, & commonere eum, vt in hodierna die adueniret in sanctam vestram & beatam synodum adueniens & ego cum aliis patribus sanctis qui iam deposuerunt, comonui eum, quatinus in hodiernum diem adueniret in sanctam vestram synodum & consideraret. Qui verò dixit. Si probauero, ait, tunc venio. Non solum vero ipsum admonuimus sed & alios qui iuuenti sunt cum eo Reuerentissimos episcopos. Existentes autem erant cum eo plus minus sex aut septem episcopi. Flauianus episcopus Philippiensium dixit. Transientes aliqui Reuerentissimorum episcoporum commoneant & rursus aduenire eum & confedere in sancta synodo. Et destinati sunt à sancta synodo Theodorus episcopus Eleusie palestine, Anderius episcopus Cheronisi Crete, theopentus episcopus Cabasorum Aegypti & Epaphroditus lector & notarius Reuerentissimi episcopi Hellauici ciuitatis Rhodiorum portantes Anagnosticum sanctæ Synodi ad ipsum Reuerentissimum episcopum Nestorium, continens ita: Oportebat quidem admonitam
 „ tuam reuerentiam hesternam die per Reuerentis-
 „ simos episcopos vt conueniret ad sanctam sy-
 „ nodum quæ in hodierno celebratur in sancta ca-
 „ tholica ecclesia, & non deesse ab ea. Quoniam au-
 „ tem congregatæ sanctæ synodo deest tua sancti-
 „ tas, necessario iterum per Theopentum & Theo-
 „ dorum & Andream reuerentissimos & venera-
 „ biles episcopos & Epafroditum lectorem & no-
 „ tarium ciuitatis Rhodi, rogamus te conuenire &

non

EPHESINVM.

55

non deesse his quæ geruntur, cum præcipuè piis-
 simi & Dei amatores imperatores præceperint
 omnia prætermittentes nos firmatione fidei fa-
 cere. Et cum resedissent. Petrus presbyter Ale-
 xandriæ & primicerius notariorum dixit, Quo-
 niam aduenerunt qui destinati sunt à sancta sy-
 nodo reuerentissimi & venerabiles episcopi, po-
 stulamus eos deponere quale respõsum accepe-
 rint. Theopentus episcopus Cabasorum dixit:
 Destinati ab hac sancta & magna Synodo ad Re-
 uerentissimum Nestorium, venimus in eius do-
 mum. Et videntes multitudinem militum cum
 fustibus, petiuimus nũtiari. Isti autem prohibue-
 runt nos dicentes: Secretum habet & requiescit,
 & iussi sumus neminem cõcedere ingredi & col-
 loqui ei. Nobis dicentibus impossibile esse nos
 desistere nisi accipiamus responsum transmisit. n.
 ad eum sancta Synodus Anagnosticum legen-
 dum, supplicans simul eum esse & confedere, ex-
 euntes clerici eius similia militibus nobis respon-
 derunt. Cum autem insisteremus respõsum quæ-
 rentes accipere, exiens deuotissimus Tribunus
 Florentius qui cum Cádidianno simul est, magni-
 ficentissimo & gloriosissimo comite deuotif-
 simorum domesticorum, præparauit nos mane-
 re, vtique responsum nobis allaturus & expecta-
 uimus. Postea exiens cum clericis eius dixit ad
 nos: Ego quidem nec videre eum potui. Manda-
 uit verò mihi vt dicam reuerentiæ vestræ, quia
 postquam conuenerint omnes episcopi conue-
 niemus ad inuicem. Nos vero contestati & ipsum

& omnes præsentēs milites & clericos eius recessimus. Theodorus episcopus Eleusiæ dixit: Et ego eadem audiui, & ea depono. Anderius episcopus Chersonensis Crætæ dixit: Et ego secundum definitionem sanctæ vestræ & beatæ Synodi adueniens ibi dixi & audiui quæ sine prætermissione deprecuerunt qui mecum fuerunt reuerentissimi episcopi. Flavianus episcopus Philippensium dixit. Quoniam nihil conuenit prætermittere pertinentium ad consequentiam ecclesiasticam, cum certum existat, quoniam heri & hodie secundo admonitus reuerentissimus Nestorius non occurrit, & tertio iterum anagnostico ammonetur, transeuntibus videlicet Anyfio episcopo Thebarum Helladis & Domino episcopo eiusdem Helladis & Ioanne episcopo Ephesti Augustamnicæ, & Daniele episcopo Dardaniæ Libiæ, reuerentissimis comministris nostris. Et tertio commonentes eum ierunt cum Anyfio lectore & notario Firmi episcopi Cappadociæ, portantes anagnosticum continens ita:

” Tertia hac euocatione reuerentiam tuam conuocat sanctissima Synodus, & obediens regulæ,
 ” & impertiens tibi indutias & patientiam. Dignare igitur vel nunc occurrēs satisfacere de his quæ dicunt te dixisse hæreticis dogmatibus in communi ecclesia, sciens quia si non occurrens satisfeceris ab ea quæ scripto vel sine scripto contra te dicuntur, necesse habebit sanctissima synodus quæ placent sanctissimorum regulis in te definire. Quibus reuersis. Petrus presbyter Alexandria

driæ & primicerius notariorum dixit, Quoniam nunc reuersi sunt qui destinati fuerant reuerentissimi episcopi, petimus & ipsos deponere quale responsum impetrauerint. Ioannes episcopus Eph. sti dixit: Destinati à sancta hac & dei amatrice Synodo quatenus per anagnosticum tertio commoneremus Reuerentissimum Nestorium occurrere, ad sanctam Synodum vt præsentate eius libri fidei discuterentur, consequenter præceptis nobis à vestra reuerentia aduenimus ad eius diuersorium, & ante ianuas constituti, inuenimus multitudinem militum cum fustibus stantium ante ipsas ianuas. Petiuimus eos vt permitterent nobis ad ianuas aduenire domus in quib. erat ipse Reuerentissimus Nestorius, vel ipsos nuntiare destinatos à sancta Synodo cum anagnostico tertio, quo mitius eum & cum omni lenitate vocarēt ad sanctam synodum, & multum commorati sumus neque iuxta vmbra stare permissi à militibus repellentibus nos atrociter & remouentibus nos à locis & nullum nobis humanum responsum præbentibus. Cum verò diu permanissemus, petentes & dicentes quia quatuor sumus numero episcopi, nō iniuriæ causa destinati, nec iniuriosum quiddam agere quod non competit, sed vt cum consequentia & nunc admoneremus ad sanctam hanc ecclesiam aduenire & confedere huic sanctæ Synodo Postea milites reppulerunt nos, dicentes, nullum aliud responsum nos accipere, licet vique ad vespem expectaremus ante ianuas domus. Adiecerunt &

CONCILIVM

hoc dicentes, propter hoc stare ante ianuas, vt non permittat alicui de fynodo ingredi, ipsa accipientes ab eo madata. Anysius episcopus Thebarum dixit. Quæ deposuit sanctissimus frater & comminister Ioanes vera sunt. Plurimum. n. stantibus nobis ante ianuas reuerentissimi Nestorij hæc vidimus & audiimus. Dominus episcopus O pontis elladis dixit: Quæ deposuerunt sanctissimi & reuerentissimi fratres & comministri Ioannes & Atysius, hæc & ego vidi & audiui. Ioannes episcopus Augusto poleos dixit. Quæ deposuerunt reuerentissimi episcopi hæc audiui & depono. Daniel episcopus Dardani. Quæ deposuerunt dei cultores episcopi, hæc audiui & vera sunt. Iuuenalis episcopus Hierosolymorū dixit. Ecclesiasticis legibus contentos esse iubentibus tertia euocatione ad satisfactionem vocatos, de quibus accusantur, parati sumus ex superfluo, & per quartum anagnosticum, per reuerentissimos episcopos iterum euocare eundem Reuerentissimum episcopum Nestorium. Quoniam vero collegium militum circumponens suæ domui, sic vt qui ibi missi sunt reuerentissimi episcopi deposuerunt, non concessit accedere manifestum est, quod non bona conscientia ad sanctam fynodū aduentum recusat. Vnde agantur reliqua, secundum regularum ordinem & quanta conueniunt ad statum rectæ nostræ & piæ fidei. Legatur. n. In primis exposita fides à sanctis presbyteris & episcopis qui in Nicæa conuenerunt. cccxviiij. quatenus huic expositioni collatis de fide sermonibus

EPHESINVM.

57

nibus consonantes quidem confirmentur, discrepantes eiiciantur. Et lectum est symbolum ita.

NICÆNA SYNODVS HANC
fidem exposuit.



REDIMVS in vnum deum patrem omnipotentem factorem cœli & terræ visibilium omnium & inuisibilium. Et in vnum dominum Iesum Christum filium Dei vnigenitum. natum ex patre ante omnia secula deum verum de deo vero, natum non factum, consubstantialem patri per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines & nostram salutem descendit & incarnatus est de spiritu sancto ex maria Virgine. Et humanatus est & passus & resurrexit tertia die, ascendit in cœlos, inde venturus iudicare viuos & mortuos, & in spiritum sanctum. Dicentes vero erat quando non erat & priusquam nasceretur non erat & quia de non existentibus factus est, vel ex altera subsistentia vel substantia. dicentes esse aut conuertibilem vel mutabilem filium Dei, hos anathematizat catholica & apostolica ecclesia collecta.

PETRVS presbyter Alexandriæ & primicerius notariorum dixit: Habemus præ manibus sanctissimi & Reuerentissimi Cyrilli Archiepiscopi † epistolam scriptam ad Reuerentissimum Nestorium suasionis & commonitionis plenam, vt pote non recta sapiente eo quam, si

† *Exat in collatione 6. Quinta Synodi 2. to. conciliorum recentiorum.*

H

CONCILIVM

iusserit vestra sanctitas legam. Achatius episcopus Melitinæ dixit: Quoniam religiosissimus presbyter Petrus qui principium narrationis fecit, dixit scripta esse quædam à Reuerentissimo & sanctissimo episcopo Cyrillo ad reuerentissimum Nestorium, vt pote non recta doctrina videntem, consequens est & hæc legi. Et lecta est epistola & posita in præcedentibus. Et postquam lecta est epistola: C Y R I L L V S episcopus Alexandriae dixit: Audiuit sancta & magna hæc synodus quæ scripsi reuerentissimo Nestorio asserens pro recta fide. Certus. n. sum, quia nullo modo egressus capior à recta fidei ratione aut prætergressus expositum à sancta & magna Synodo quæ tunc temporis in Nicenorum vrbe congregata est, symbolum & peto vestram sanctitatem dicere, vtium recte & irreprehensibiliter & consonè, sanctæ illi synodo talia scripserim, an non. *Iuuenalis episcopus Ierosolymorum dixit:* perlecta sancta fide Nicæna & epistola sanctissimi & reuerentissimi episcopi Cyrilli, idem & quæ à sancta synodo exposita sunt, consona inueniuntur, & his piis dogmatibus concordo & consentio. Firmus episcopus Cæsareæ Cappadociæ dixit: Compendiosè & in capitulo quæ dicta sunt à sancta synodo quæ Nicææ extitit, exponens tuæ reuerentia, subtiliter & consequenter manifestiorem nobis & liquidiorè comprehensionem expositæ fidei fecit, vt nihil sit in dictis ambiguum, omnibus inuicem sibi consonantibus & fide firmata. His igitur integre habentibus & inconuertibiliter

EPHESINVM.

libiliter & nullam inuouationem inferentibus & ego consentio, eandem gloriam à sanctissimis episcopis meis patribus suscipiens. Memnon episcopus Ephesi metropoleos dixit: Fidei exposita à sanctis patribus c c c x v i i i. In Nicæa congregatis, cõsona & epistola quæ lecta est sanctissimi & Reuerentissimi patris Cyrilli continet, quibus consentimus & concordamus, nihil minus inuenientes neque dissonans. Theodorus episcopus Ancyræ dixit: Mirabilem existentem & piam & rectam expositionem sanctæ fidei quæ facta est à sanctis patribus. c c c x v i i i. Nicææ congregatis, demonstrauit manifestius & certius epistola Reuerentissimi & sanctissimi episcopi Cyrilli, in nullo dissonans ab expositione fidei illius. quæ verò compendiosius dicta sunt, latius exposuit. vnde consonantiam cognoscentes epistolæ & fidei c c c x v i i i. patrum, concordamus & consentimus sicut illis, sic & patri nostro, qui per epistolam quæ illorum sunt, nota fecit, & hæc credimus quæ & ipsi exposuerunt, & epistola Memorati sanctissimi Cyrilli apertissimè exposuit. Flavianus episcopus Philippensium dixit: Lecta nobis fide quæ in Nicæa exposita est à congregatis in illa ciuitate sanctis patribus. c c c x v i i i. episcopis, lecta etiam epistola sanctissimi patris & episcopi Cyrilli quæ scripta est ad reuerentissimum Nestorium de fide, repperimus eam conuenientem apertius & manifestius in Nicæa expositæ fidei & multam lucem præbentem ad comprehensionem intelligentiæ dictorum. Vn-

CONCILIUM

de cōsentio & ego epistolæ scriptæ à sanctissimo & reuerentissimo episcopo Cyrillo nullo modo dissentienti à recta fide & consonanti apostolicæ prædicationi & expolitæ Niceæ à sanctis patribus orthodoxæ fidei. Contentire vero his adfirmo & sanctissimum patrem nostrum Rufum Thessalonicensium metropoleos. Hæc. n. mihi aduenienti in hanc sanctam & magnam Synodum dedit mandata propter egritudinem ipse excusans huc aduentum suum. Omnes autem suadeo Illyrici eadem sapere & in nullo ambigere de his quæ lecta sunt. Achatius episcopus Melitenæ dixit Omni pietate & cōsonantia ad patres cccxviii qui Niceæ fuerunt plenam epistolam reuerentissimi & sanctissimi episcopi Cyrilli videns, suscipio eius intellectum & eadem sapere confiteor. Olim & à principio ecclesiã hæc habere hæc sapere & ex laboribus sanctissimorum patrum & ex sanctissimis scripturis & ex traditione fidei noui. Iconius episcopus Gortynæ dixit: fide & expositione sanctissimorum patrum in Nicæa conuenientium lecta etiam epistola sanctissimi patris episcopi Cyrilli, cognoscens concordem existere illis hanc expositionem concordo & consentio similiter sicut illi credens in nomine patris, & filij & spiritus sancti: Eos autem, qui non ita sapiunt, abiicere nouit concilium sanctum. Helanicus episcopus Rhodi dixit. Expositionem orthodoxæ fidei Nicænæ sequor, & epistolam sanctissimi & deo amabilis episcopi Cyrilli concordem existentem, & hanc seruo fidem veram & rectam

EPHESINVM.

59

rectam, & his qui huic contraria sapiunt, etiam deus ipse resistit. & anathema sit, qui non credit dei genitricem esse sanctam Virginem Mariam. Palladius episcopus Amasiæ dixit: Lecta epistola deo amabilis & sanctissimi patris nostri, & episcopi Cyrilli: concordans per omnia est expositæ fidei à sanctis patribus congregatis in Nicæa. Rectè igitur eam habentem, & quod dixi expositioni sanctorum patrum congruam amplector & consentio ei, & similia sapio ipse sanctis patribus, qui sicut dixi, in Nicæa ciuitate collecti sunt. Cyrus episcopus Afrodisiadis regionis Cariæ dixit: Concordem eiusdemque virtutis expositionis fidei à sanctis patribus congregatis in Nicæa ciuitate, & ego epistolam videns sanctissimi & deo amabilis episcopi Cyrilli scriptam reuerentissimo Nestorio. eademque præcedentes patres depono, & omnes, qui suprâ scripti sunt in principio actionis episcopi hæc eadem deposuerunt. & ita creditur, sicut & patres exposuerunt, & epistola sanctissimi archiepiscopi Cyrilli ad Nestorium episcopum declarauit. Palladius episcopus Amasiæ dixit: Consequens est & epistolam reuerentissimi Nestorij relegi, cuius mentionem fecit in initio religiosissimus presbiter Petrus. Cognoscamus si & illa consonans est, his quæ à sanctis patribus in Nicæa exposita sunt. Et lecta est, sicuti suprâ scripta est. Cuius initium ita est. Venerabili & deo amabili comministro Cyrillo. Nestorius. Iniurias quidem, quæ contra nos sunt mirandarum tuarum literarum, dimitto, vt pote

H iij

medicinali patiētia dignas. Et prius quoniā lecta est epistola. Cyrillus episcopus Alexandriae dixit: Quid videtur sanctæ huic & magne Synodo de nuper lecta epistola? putas videtur & ipsa consona esse definite fidei in Synodo sanctorū patrū qui per tempora cōgregati sunt in Nicænorū ciuitate, an non? Iuuenalis episcopus Hierosolymorum dixit: Nullo modo consona existit piæ fidei expositæ à sanctis patribus, qui in Nicæa fuerunt, & anathematizo ita credentes. Et enim aliena omnino hic existunt ab orthodoxa fide. Flavianus episcopus Philippensium dixit: Quæ iacent in lecta epistola, omnia repugnantia existūt omnino & aliena semel fidei expositæ in Nicæa à sanctis patribus, & alienos esse à recta fide ita credentes iudicamus. Firmus episcopus Cesareæ Cappadociæ dixit: formā pietatis apponens in primordiis epistolæ præcedente sermone nullo modo suū sensum dissentientē à fide sanctorū patrū. c c c. & x v i i i. ac epistolæ sanctissimi episcopi Cyrilli contrariæ habentem. Valerianus episcopus Iconij dixit: Omnibus conspicua est epistolæ aduersitas reuerentissimi Nestorij non solum fidei sanctorū patrū Nicææ & epistolæ reuerentissimi & sanctissimi archiepiscopi Cyrilli dissonās, sed nec sibi cōueniens. Iconius episcopus Gortinæ dixit: Epistola reuerentissimi Nestorij, quæ nunc lecta est, nec vnā consonātiā habet ad expositionem patrū Nicææ cōgregatorum, neq; quidem ad epistolam sanctissimi patris nostri & episcopi Cyrilli. Vnde huic
abre-

abrenunciāns & anathematizans ita sapientes, consentio expositioni sanctorū patrū Nicææ, & epistolæ sanctissimi patris & archiepiscopi Cyrilli. Hellanicus episcopus Rhodi dixit: Iam deposui quia expositionem recte fidei. c c c. x v i i i. patrū, qui Nicææ fuerunt, sequor, & sanctam Virginem mariam dei genitricē confiteor. Anathema verò sit, qui non credit. Sic Achatius episcopus Melitinæ dixit: Ostendit & lecta est epistola reuerentissimi episcopi Nestorij. Quoniam non inanem sustinuit timorem: in hanc sanctam & magnam concurrere synodum. Consequens enim est, & diuinā præscribentem scripturas, & sanctorū patrū remouētē dogmata tanto teneri timore, vt militum multitudine suam circumdaret domum. Manifestissimè enim & lecta eius significauit epistola, quia de vni-genito filio dei positas fidei sanctorū patrū. c c c. x & v i i i. episcoporum voces auferens solum carnī quæ sunt salutaris dispensationis adhibuit, purum templum dei & natiuitatem & mortem sustinuisse dicens. *Et mentitus est* contra scripturam, quasi & ipsa natiuitatem & passionē non deitatis, sed humanitatis docente. Calumniā etiam intulit sanctissimi & reuerentissimi episcopi Cyrilli scriptis, quasi passibilem dicentibus deitatem. Quod nec ipse, nec alter quis recte sapientum vel cogitauit vel dicere ausus est. Per omnia autem ostendit semetipsum nomine solo vnitatem dei ad carnem, confiteri autem vbiq; eadem denegans. Arguit autem semetipsum pe-

regrina doctrina vsus, cum nunc illuminari per se dogmata dicat. Quibus omnibus extraneis existentibus à veritate, & multam impietatem habentibus, abrenuncio, alienum me ipsum ab horum, qui huiusmodi loquantur communione faciens. Mennon episcopus Ephesi dixit. Non calumnia solùm, sed & blasphemia plena est lecta epistola, Vnde per omnia cōtraria est fidei expositæ à sanctis patribus, qui in Nicæa conuenerunt c c c x v i i i. Theodotus episcopus Ancyrae dixit: In nullo consonantem epistolam reuerentissimi Nestorij cognouimus expositioni sanctorum patrum Nicææ congregatorum c c c x v i i i. Vnde expositioni quidem obedimus, epistolam autem Nestorij alienam à recta fide ponimus, & eos qui hæc sapiunt, alienos à recta fide iudicamus. Palladius episcopus Amasiæ dixit. Ego quidem propter inscriptam epistolam blasphemiam etiam aures obstruere non morabor. Et penè lapideus factus sum per æstuationem, vt non possim vocem emittere, tanta æstuatione detentus. Credo autem omnem deo amabilem sanctam Synodum eandem mecum habere sententiam in epistolam nuper lectam. Tantum verò dico, quia vehementer dissonans lecta epistola videtur à fidei expositione sanctorum patrum congregatorum in Nicæa optima ciuitate. Omnes episcopi simul exclamauerunt: Qui non anathematizat Nestorium, anathema sit. Hunc recta fides anathematizat, hunc sancta Synodus anathematizat. Qui communicat Nestorio, anathema sit.

fit. Omnes anathematizamus epistolam & dogmata Nestorij, hæreticum Nestorium omnes anathematizamus. Communicantes Nestorio omnes anathematizamus, impiam fidem Nestorij omnes anathematizamus. Impium dogma Nestorij omnes anathematizamus. Cūctus orbis terrarum anathematizat impiam religionē Nestorij. Qui hunc non anathematizat, anathema sit. Hūc recta fides anathematizat. Hunc sancta Synodus anathematizat. Qui cōmunicat Nestorio, anathema sit. Synodus dixit: Romanorum sanctissimi Archiepiscopi scripta legantur. Iuuenalis episcopus Hierosolymorū dixit: Legātur & literæ sanctissimi & reuerentissimi Archiepiscopi Romanorum Cælestini, quas destinauit de fide. Petrus presbyter Alexandriæ & primicerius notariorū legit. Dilectissimo fratri Nestorio Cælestinus. Aliquantis diebus vitæ nostræ prius nefandū & sæpè damnatum, dogma pelagij atque Cælestij catholicam fidem quies habuit, & cætera. Petrus presbyter & primicerius notariorū dixit. His quæ lecta sunt cōsona scripsit sanctitas reuerentissimi episcopi nostri Cyrilli, quæ & præ manibus habemus & si iubet vestra reuerētia, legimus. Flavianus episcopus Philipensiū dixit lecta & hæc inferātur gestis. Petrus presbyter & primicerius notariorum dixit: Legit, sicut supra scriptū est. Cuius initium ita est. Salvatore nostro dicente palàm, Qui amat patrem aut matrem plusquam me, non est me dignus. Et cætera. Et postquàm lecta est & incerta monumentis. Petrus presbyter A-

Alexandriæ & primicerius notariorum dixit: Non solum hæc quæ destinata sunt à sanctissimo & beatissimo romanorum ecclesiæ episcopo Cœlestino missa & reddita sunt ipsi reuerentissimo Nestorio, sed etiam hæc quæ destinata sunt à sanctissimo & beatissimo Alexandrinæ ecclesiæ episcopo Cyrillo, & ab omni Aegyptiaca Synodo per Theopentum & Danielelem & Potamonem & Comarium reuerentissimos episcopos. Et supplices interrogare Theopentum & Danielelem reuerentissimos episcopos hic existentes de hoc. Flavianus episcopus Philippensium dixit: Deponant reuerentissimi cōministri Theopentus & Daniel præsentibus si reddiderunt epistolæ. Theopentus episcopus Cabasorum dixit: in episcopo ascendentes die dominica cum collectio celebraretur, præsentibus autem Clero & inlustribus penè omnibus reddidimus Nestorio. Daniel episcopus Dardaneos dixit, eademque & reuerentissimus episcopus Theopentus. Flavianus episcopus Philippensium dixit. Satisfecit igitur scriptis. Daniel episcopus Dardaneos dixit: Dixit nobis tunc ut veniremus postero die, secretè loqui cum eo. Sed cū nos venissemus clausit nobis ianuas, & non est dignatus dare nobis responsum. Theopentus episcopus Cabasorum dixit: Suscipiens memoratus chartas constituit nobis postero cōuenire ad eum. Iuimus. Deinde venientes non suscepit, neque quidem satisfecit literis, sed etiam in ecclesia eadē & peiora dogmatizavit. Non solum autem antequam acciperet char-

tas hæc docebat, sed multo peiora postquam accepit, docuit usque in hodiernum diem. Fides episcopus Ioppes dixit: Quia permanet usque ad hodiernum diem in eadem doctrina, possunt dicere etiam præsentibus reuerentissimi episcopi Achatius & Theodotus, qui & collati cū eo sunt, ut etiam periclitentur aliqui eorum. Quos & petimus & coniuramus per proposita sancta euangelica in fide gestorum dicere quæ audierint ante tres istos dies ab isto Nestorio. Cyrillus episcopus Alexandriæ dixit: Quoniam non de fortuitis nobis est sermo, sed capitali omnium causa, dico autem quæ in Christum est fide, consequens est reuerentissimo episcopos Theodotum & Achatium secundum petitiones reuerentissimi episcopi Fidi & iuramenta illata, amatores veritatis existentes & sanctos, dicere quid audierunt dicentem ipsum, locutionem ad eum pro recta fide mouentes. Theodotus episcopus Amyræ dixit: Doleo quidem pro amico, attamē omni amicitiae præpono veritatem. Propter quod necesse habeo cum multa tristitia, de quibus interrogor exprimere veritatem. Non æstimo opus habere nostro testimonio, cum id, quod sapit manifestū sit ex literis, quæ ad tuam reuerentiam sunt. Quæ enim ibi abnuebant de deo dici, hoc est de unigenito impropere ei humana, & hic loquens dixit. Sicut enim ibi dixit, non oportere de deo dicere lacte nutriri, neque natiuitatem ex virgine, sic etiam hic sapius dixit bimestrem & trimestrem non oportere dici deum, Et hæc non nos

CONCILIVM

foli, sed etiam alteri plures audierunt, non ante multos dies ad nos ipso Ephesi loquente. Achatius episcopus Militinæ dixit: Fide proposita, & in deum pietate necesse est omnē vacare affectū. Vnde & sanctissime super alios dominū Nestorū amavi, & omnino eum saluare studui, necesse nūc est dicere veracissime quæ ab eo dicta sunt, quatenus non condemnetur mea anima celante me veritatem. Statim quod adueni in Ephesinam civitatem, feci ad supra dictum virum colloquiū: & cognoscens eum non rectē sapere, omninō festinaui eum corrigere & desistere à pravo sensu, ipsumque illum videbam labiis cōfitentem, quia mutaretur ab huiusmodi intelligentia dies x. & x i. præmittēs. Item sermone alio mutuo defendebam veritatis sermonē, & contradicentem eum huic videbam, & in duobus illicitis pariter cognoscebam eum incidere. Primum quidē ex interrogatione eius indecēti existēte necessitatē imponebat respondentibus aut omninō negare Vnigeniti deitatem humanatam esse, aut confiteri quod erat impium, quia & patris & sancti spiritus deitas simul incarnata esset cum verbo, quæ erant omninō prauissimæ intelligentiæ & eiicientes piam fidem. Deinde secundo moto sermone, intulit quidam eorum, qui cum eo erat episcopus sermonem, & alium esse filium, qui passionem suscepit, alium autem deum verbum. Quam blasphemiam iam non potens portare vale faciens omnibus exiui. Alter autem qui cum eo erat adseribat pro Iudæis utique, quod nō in deum

EPHESINVM.

63

deum, sed hominē peccassent. Flavianus episcopus Philipensium dixit: Manifesta existente depositione reuerentissimorum & beatorum ministrorum nostrorum Theodoti & Achatij. Consequens est, quam habebant de propositis sententiam beati patris nostri legi & inferi gestis. Petrus presbyter & primicerius notariorum dixit. Quoniam præ manibus habemus & codices sanctissimorum & beatissimorum patrum & episcoporum & diuersorum ministrorum. Elegimus verò ex his pauca capitula. si placet legimus. Flavianus episcopus Philipensium dixit: Et hæc lecta gestis inserantur. Et lectum est ita.

PETRI SANCTI EPISCOPI
& martyris ex Codice de deitate.

QVomodo & vere gratia & veritas per Iesum Christū facta est. Vnde & gratia saluifumus facti secundum apostolicum dictum. Et hoc ait nō ex nobis dei donum est, non ex operibus ne quis gloriatur. Voluntate dei verbum caro factum est, & habitu inuētus vt homo, non recessit à deitate. Hæc enim vt à virtute sua aut gloria plenius desisteret, pauper factus cum diues existeret hoc factus est, sed etiam vt mortem pro nobis peccatoribus susciperet, iustus pro iniquis, quatenus nos offerret deo patri, mortificatos quidem carne, viuificatos autem spiritu. Et post alia. Vnde & Euangelista verum ait dicens: Verbum caro factum est, & habitauit in no-

his. Tunc videlicet ex quo angelus salutavit virginem dicens: Ave gratia plena, dominus tecum. Dominus enim tecum est. Nunc est audire à Gabriele, eo quod deus verbum tecum est. Significat enim ipsum natum in vulua, & carnem factum, sicut scriptum est: Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Vnde & quod nascetur, sanctum, vocabitur filius dei. Et iterum post alia. Dei verò verbum præter viri absentiam per voluntatem omnia valentis operari, factum est in vulua virginis caro, non indigens viri operatione aut presentia. Efficacius enim quia vir perfecit dei virtus obumbrans virgini cum adueniente sancto spiritu.

*ATHANASII SANCTI EPISCOPI
Alexandriæ de Codice contra Arianos.*

Multi igitur sancti fuerunt & mundi ab omni peccato. Hieremias autem & de ventre sanctificatus est, & Ioannes adhuc in utero exultavit in letitia in voce dei genitricis Mariæ. Et tamen regnavit mors ab Adam usque ad Moysen, & in eos, qui non peccauerunt in similitudinem prævaricationis Adæ, & sic manebant nihilominus mortales & corruptibiles, capaces passionum. Nunc autem verbo facti hominem & sua faciente, quæ carnis sunt, non iam hæc corpus tangunt propter verbum quod in eo factum sed ab ipso quidem consumpta sunt. De reliquo autem homines non iam secundum suas passiones manent

pecca-

peccatores & mortui, sed secundum verbi virtutem resurgentes, immortales & incorrupti semper permanent. Vnde & cum nasceretur de dei genitrice Maria, ipse dicitur natus quia aliis natiuitatem, ut sint prestat, ut nostram in seipsum transferat natiuitatem, & non iam sicut terra solum existentes in terram eamus, sed ut ex cælo verbo cõiuncti, in cælum perducamur per ipsum. Ergo ita & alias passiones corporis non incongrue in semet transfudit, ut iam non sic ut homines, sed ut proprii verbi, sempiternæ vitæ participes existamus. Non enim iam secundum primam natiuitatem in Adam morimur. Sed de cætero natiuitate nostra & omni carnali infirmitate translatis, in verbo surgimus in terra. soluta quæ per peccatum est maledictione, propter eum, qui factus est in nobis propter nos maledictio.

*EIVSDEM ATHANASII DE
epistola ad Epictetum.*

Quomodo autem inquit & ambigere audet qui dicuntur Christiani, si qui ex Maria processit deus filius quidem substantia, & natura dei est secundum carnem aut semine David est. Ex carne autem sanctæ Mariæ. Qui autem putas temerarij facti sunt, ut dicerent Christum qui carne passus est, & crucifixus non esse dominum saluatorem & deum & filium patris. Et quomodo christiani volunt nominari, qui dicunt in hominem sanctum sicuti unum prophetarum ve-

CONCILIVM

nisse verbum, & non ipsum hominem factum, sumentem ex maria corpus, sed alterū esse christum, & alterum dei verbum, quod ante mariam & ante secula filius existebat patris aut quomodo esse christiani possunt, qui dicunt alium esse filium, & alium dei verbum. Et prius alia iterum. Non per adoptionem hæc facta sunt? absit, sicut quidam existimarunt. Sed sicut est veritas homine facto saluatore totius hominis salus factus est, Si enim adoptione erat in corpore verbū secundum illos, quod autem adoptione dicitur phantasia est, reperitur & putatiuè salus, & resurrectio hominum dici secundū impiissimum Manicheū. Sed non equidem phantasia est salus nostra, neque corporis solum, sed totius hominis animæ & corporis veraciter salus facta est. Humanum naturaliter quod ex maria processit, secundū diuinas scripturas, & verum, erat saluatoris corpus.

Citatur a Rustico diacono contra Acephalos.

IVLII SANCTI EPISCOPI ROMA
de epistola ad Prodicum

Extat. i. to. concil. in apologetico Cyrilli. Energiæ operatus. Germanus ut in alia translatione.

PRædicatur autem ad plenitudinem fidei, & incarnatus de virgine maria dei filius, & inhabitasse in hominibus non in homine operatus. Hoc enim in prophetis est & apostolis. Perfectus deus in carne, & homo perfectus in spiritu. Non duo filij, vnus quidem propriè filius, assumens hominem. alter autem mortalis assumptus à deo, sed vnus vnigenitus in cælo, vnigenitus in terra deus:

FELI-

EPHESINVM.

65

FELICIS SANCTI EPISCOPI ROMA
& martiris de epistola ad Maximum episcopum & Clerum Alexandria.

DE incarnatione autem verbi & fide, credimus in dominum nostrum Iesum Christum de virgine maria natum, quia ipse est sempiternus dei filius & verbum, & non homo à deo assumptus, vt alter sit præter illum. Neque enim hominem assumpsit dei filius, vt sit alter præter ipsum, sed deus existens perfectus, factus est simul & homo perfectus incarnatus de virgine.

Extat. i. to. conciliorū in Cyrilly apologetico.

THEOPHILI SANCTI EPISCOPI
Alexandria de quinta paschali epistola.

SVnt enim & nunc reliquæ nunc factorū mirabilium. non discredant, quia virtus dei valet facere virginem parere, in qua factum est veniens dei verbum propter similitudinem, quæ ad nos est. Aliter enim eum cōseruari proximè nobis non erat possibile, vt non ex voluptate & somno quemadmodum in aliis hominibus habet accipere corpus, quod in similitudine huius accepit ex virgine natus homo, apparens quidem vt nos secundum seruilem formam, ex operibus autem demonstratus, quia omnium creator, & dominus est, agens opera dei.

ITEM EIVSDEM DE
alia epistola paschali.

QValiter enim artificum optimi, non in pretiosis tantum materiis artem ostenden-

I

CONCILIVM

tes, in admiratione sunt, sed vilissimum lutum & ceram dissolutam plerumque; assumptes suae disciplinae demonstrantes virtutem multo magis laudantur, ita omnium optimus artifex veniens efficax dei verbum ordine conceptionis decoras vniuersa. non alicuius praeciosae materiae corpus assumens ad nos venit, sed in luto tamen manum suae artis ostendit ex luto formatum emundans hominem, ipse de virgine nouo modo procedens homo per modum quidem natiuitatis reconcilians, similitudinem autem, quae per omnia ad nos est sine peccato non effugere iudicans. Cum nascitur panis inuoluitur, nutritur puer in praesepe iacens, naturae nostrae infirmitatem suscipiens propter praecedentes causas. Sed adhuc puer existens, simul & inimicum & eius perturbat agmen, magos trahens ad poenitentiam, & compellens destinantem eos regem contemnere.

Citatur haec à Rustico diacono contra Acephalos. † al. magnitudinem. In lib. Rustici diaconi.

CYPRIANI SANCTI EPISCOPI
& martyris ex libro de Eleemosyna.

Multa & maxima existunt dilectissimi diuina beneficia, ex quibus nostram salutem dei patris & Christi affluens & diues misericordia operata est, & semper operatur. Vnde custodire nos & viuificare pater filium misit, vt nos renouet. Et missus filius voluit hominis filius fieri, vt nos filios dei constituat. Humiliauit igitur semetipsum vt populum abiectum reficiat. Vulneratus est, vt nostra vulnera sanet. Seruiuit vt de seruitute

EPHESINVM.

66

uitute ad libertatem seruientes adducat, morte in sustinuit, vt immortalitatem mortalibus reddat.

AMBROSII SANCTI EPISCOPI
Mediolanensis.

Si mihi non credunt, credant apostolo dicenti: Postquam verò venit plenitudo temporis, misit deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege. Filium inquit suum. Non vnum ex multis, non communem, sed suum. Cum dixit suum generationis aeternae proprietatem significauit. Hoc factum ex muliere prius ea altruxit, vt factura non diuinitati, sed assumptioni corporis ascriberetur. Factum ex muliere per carnis susceptionem, factum sub lege per obseruationem legis. Generatio autem illa caelestis ante legem, ista sub lege.

ITEM EIVSDEM:

Sileant igitur inanes de sermonibus quaestiones, quia regnum dei, sicut scriptum est, non in persuasionem verbi est, sed in ostensione virtutis. Seruemus tamen distinctionem diuinitatis & carnis. Vnus in utroque loquitur dei filius, quia in eodem utraque natura est, & si isdem loquitur non vno semper loquitur modo. Intende in eo nunc gloriam dei, nunc hominis passionem. Quasi deus loquitur quae sunt diuina, quia verbum est, quasi homo dicit quae humana, quia in mea substantia loquebatur. Hic est panis viuus, qui descendit de

Citatur in libro Rustici diaconi contra acephalos. † al. differentia apud Rusticum.

CONCILIVM

cælis. Panis hic caro est, sicut ipse dixit: Hic panis, quem ego dabo, caro mea est. Hic est qui descendit, hic est, quem pater sanctificavit, & misit in hunc mundum. Et ipsa litera nos docet, sanctificatione non diuinitatem eguisse, sed carnem.

GREGORII SANCTI EPISCOPI
Nazianzeni.

Non decipiant homines, nec decipiantur, si ne sensu suscipientes dominicum hominem sicut ipsi dicunt, magis autem dominum nostrum & deum. Nec enim hominem diuidimus à deitate, sed vnum & eundem dogmatizamus, prius quidem non hominem sed deum, & filium solum, & ante secula, non mixtum corpori, & quæcunque sunt corporis, in fine autem & hominem assumptum pro nostra salute, passibilem carne, impassibilem deitate, circumscriptum corpore incircumscriptum diuinitate, eundem terrenum & cælestem, visibilem & intelligibilem, capabilem & incapabilem, ut in toto homine eodemque & deo, totus homo reformaretur, qui sub peccato ceciderat. Si quis non dei genitricem mariam æstimat, sine deitate est. Si quis dicit quasi per fistulam per virginem transisse, & non in ipsa formari deifice simul & humane, deifice quidem quia sine viro, humane autem quia lege partus, anathema sit. Si quis formatum dicit hominem, & ita subingressum deum, damnatus est. Non enim natiuitas dei istud est, sed fuga natiuitatis. Si quis introducit duos filios, vnum qui-

EPHESINVM.

67

quidem ex deo patre, secundum autem ex Maria, & non vnum & ipsum, ab adoptione excidet, que promissa est recte credentibus. Nature enim due, deus & homo, quoniam & anima & corpus, filij autem, nec duo nec dei. Neque enim hic duo homines, licet etiam Paulus interiorum hominem & exteriorum appellarit. Et si oportet compendiosius dicere, aliud quidem & aliud, ex quibus saluator est. Siquidem non idem est, inuisibile & visibile, & sine tempore & sub tempore. Non alius autem & alius. Absit vtraque enim summæ vnitionis incontinentatione, deo quidem inhumanato, homine autem deificato, vel quomodo aliquis nominet. Dico enim aliud & aliud est contrarium quam in trinitate habetur. Ibi enim alius, & alius ut non substantias confundamus, non aliud autem & aliud vnum enim tria sunt, & idem trinitate. Si quis ut in propheta, dicit secundum gratiam operatum esse, & non secundum substantiam coniunctum & formatum, sit vacuus à meliori operatione, magis plenus contraria. Si quis non adorat crucifixum, anathema sit, & reputetur cum dei interfectores. Si quis ex operibus perfectum aut post baptismum, aut post resurrectionem mortuis, adoptionem meruisse dicit, sicut Pagani parengraptos. Id est, in scriptos dicunt, id est, adoptiuos, anathema sit. Quod enim inchoatum est, aut proficit, aut consummatur, non est deus quauis propter eum, quod paulatim fit augmentum, ita dicatur.

Citatur à Rustico diacono contra acephalos.

Citantur hæc & ab eodem Rustico in eodem libro.

Decidis. in alia versione.

In alia versione ad filiationem.

CONCILIVM
BASILII SANCTI EPISCOPI
Casarea Capadocia.

Exstat. i. to.
conclior sub
aliaversione.

Non enim tantum cœlum & terra & magnitudines pelagorum, & quæ in aquis versantur, & terrestria animalia, arbores etiam & stellæ aër, & tempora, & varius vniuersorum ornatus, supereminentem virtutem commendant quantum vt possibile sit deum incapabilem impassibiliter per carnem complicari morti, vt nobis sua passione impassibilitatem donet.

GREGORII SANCTI EPISCOPI
Nise.

Exstat. in
frag. li. concil.
i. to. concil.
sed sub deteriore
versio-
ne.

Hoc enim sapiatur ait in vobis quod & in Christo Iesu. Qui cum in forma dei esset, nõ rapinã arbitratus est esse æqualis deo, sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens. Quid pauperius in deo, quàm serui forma? Quid humilior in rege omnium, quàm in communionem egentis nostræ naturæ sponte venire? Rex Regum, & dominus dominantium seruitutis formã subit. Iudex vniuersitatis sub sensu potentium fit. Creaturæ dominus, in spelunca diuertit. Qui cuncta comprehendit, non inuenit locum in diuersorio? sed in præsepi animalium iacet. Mundus & immaculatus humanæ naturæ sustinet sordes? & per omnem paupertatem nostrã transiens vsque ad mortis accedit experimenta. Vides spontaneæ paupertatis mensuram. Vita

mor-

EPHESINVM. 68

mortem gustat. Iudex ad iudicium ducitur. Vitæ omnium dominus sub sententia iudicantis fit. Quam totius est supermundanę virtutis rex carnicum non repellit manus. Ad hoc tibi ait exemplum, humilitatis mensura respiciat.

ATICI EPISCOPI CONSTANTINOPOLCOS.

Hodie Christus misericordiæ natiuitatem suscepit. In deifica enim dignitate præ existebat. Deinde his infert. Misericordię verbum exinanitũ exinanibitur existēs. Semetipsũ enim exinaniuit formam serui accipiēs. Qui sine carne est propter te incarnatur. Verbum enim caro factum est. Qui tactui nõ subiiciebatur propter naturam incorpoream palpatur. Qui sine initio est sub initio fit corporeo. Qui perfectus est crescit. Qui inconuertibilis est proficit. Qui diues est, in paupere diuersorio fit. Qui operit cœlum nubibus, pannis inuoluitur. Rex in præsepi ponitur.

Exstat. i. to.
cõcil. in apo-
logetico Cy-
rillo.

AMPHILOCHI YCONII
episcopi.

Quoniam enim ipse & rex & deus est, & mortem propter passionis dispensationẽ gustauit, munera magnorũ misteriorum sunt indicia. Offerunt aurum. Cognoscunt enim eum regem. Offerunt thus. Deo enim sciunt offerendã. Adiciunt mirram, propter mortem, quæ in mysterio est passionis.

I iiij

CONCILIVM

ITEM EIVSDEM.

Nisi enim ille nasceretur carnaliter, nõ tu re-
nascereris spiritaliter. Nisi ille sustinisset
serui formam, non tu dignitatem adoptionis lu-
cratus esses. Propter hoc enim in terra cœlestis,
vt tu in cœlos leuareris terrenus. Propter hoc
Christus semetipsum exinaniuit, vt nos omnes
de plenitudine eius accipiamus. Illius mors tua fa-
cta est immortalitas. Domini passio serui facta
est altitudo. Tu autem beneficium accepis, bla-
sphemix occasionem.

ATICI EPISCOPI CONSTAN- tinopoleos.

SI quem ambiguũ facit vnigeniti humanatio,
& virginis partus, & passionum communica-
tio, & crux, & passio, & mors, ædificans cogno-
scat prouidere hæc mudi salutem, sed indigni mi-
sericordia potioris. Si enim turpe est deo in vir-
gine habitare, turpius vtique omnino est & face-
re. Si verò creans non iniuriam passus est, nec ha-
bitare in creatura opprobrio dignum iudicauit.
Et si pati malum est, passionibus liberare quantũ
est. Vnde & mortuus est immortali morte mor-
tificans mortem, & resurrexit nostram largiens
resurrectionem. Et omnia hæc suscepit non na-
tura deitatis, sed assumptione carnis. Hanc qui-
dem inuiolabilibus suæ habitans impassibilitatis.
Hæc verò omnia passus est, vt fieret vitæ optime
dux & legislator.

Petrus

EPHESINVM.

69

Petrus presbyter Alexandriae & primicerius
notariorum dixit: Habemus vero & codices
blasphemiarum reuerentissimi Nestorij, de qui-
bus vnus elegimus capitula, quæ si placet, legi-
mus. Flavianus episcopus Philippensium dixit,
legantur & inserantur gestis.

DE CODICE NESTORII.

Quaternione. XVII.

In dogmate.

Cvm igitur diuina scriptura dictura est aut na-
tiuitatem Christi, quæ ex Maria virgine est,
aut mortem nusquam videtur ponens deus, sed
aut Christus, aut filius, aut dominus, quoniam
hæc tria naturarum sunt significatiua duarum.
Aliquando quidem huius, aliquando quidem il-
lius, aliquando autem istius & illius. Quid dico.
Quando ex virgine natiuitatem nobis scriptura
exponit, quid dicit. Misit deus filium suum. Non
dixit. Misit deus deum verbum, sed accepit no-
men, quod nunciat naturas duas. Quoniam enim
filius homo est & deus, dicit. Misit deus fi-
lium suum factum ex muliere, vt cum audieris fa-
ctum ex muliere, deinde videris nomen propo-
situm, quod indicat naturas duas, natiuitatẽ, quæ
ex beata virgine est filij quidem voces, filiũ enim
genuit dei, & si Christi genitrix virgo. Sed quo-
niam filius dei duplex est secundum naturas, non
genuit quidem filiũ dei, sed genuit humanitatẽ,
quæ est filius propter coniunctum filium.

CONCILIVM
SIMILITER EIVSDEM
de quaternione IIII.

ET vide quid contigit. Hereticæ non in uideo
voci Christi genitricis virginis. Sed noui ve-
nerabilem, quæ suscepit deum, per quam proces-
sit vniuersorum dominus, per quam resplenduit
iustitiæ sol. Iterum suspicor plausum. Quoniam
processit intellexistis. Non dictum est à me hoc
processit pro eo quod natus est. Non enim sic
citò obliuiscor meorum. Procedere deū de Chri-
sti genitrice virgine à scriptura diuina didici, na-
sci verò ex ea nusquam didici.

ET POST ALIA.

Nusquam igitur diuina scriptura deum ex
Christi genitrice dicit natū, sed Iesum Chri-
stum dominum. Hoc enim omnes confitemur.
Quid enim docuit diuina scriptura, miser est, qui
non statim accipit. Surgens accipe puerum & ma-
trem eius. Hæc angelica vox. Magis verò tuam
puto. Quæ natiuitatis erant sciebat angelus. Sur-
gens accipe puerum & matrem eius. Non dixit,
accipe deum & matrem eius.

ITEM EIVSDEM
de quaternione. XXIIII.

Quid igitur dicebamus? Ne timeas accipere
Mariam uxorem tuam. Quid enim in ip-
sa natus est? hoc est sennonem siue per vnum
N. siue

EPHESINVM.

70

N. siue per duo intellectū nihil lædit, quod enim
in ipsa natus est, ex spiritu sancto est. Dicemus
quia deus verbum natus est in vtero? Aliud enim
est simul esse cum nascente, & aliud nasci. Quid
enim in ipsa ait natus est, ex spiritu sancto est.
Viderunt ergo patres vtpote sciētissimi scriptu-
rarum, quia si de incarnato posuerimus natum:
Inuenietur aut filius sancti spiritus deus verbum,
aut duos patres habēs, aut per vnum. N. inuenie-
tur deus verbum, creatura, spiritus existens, fu-
gientes igitur natiuitatis sermonem, posuerunt
qui descendit propter nos homines, & propter
nostram salutem, & incarnatus est. Quid est in-
carnatus est? Non conuersus ex diuinitate in car-
nem, incarnatus est de spiritu sancto. Secuti sunt
Euangelistam. Euangelista enim veniens ad in-
humanationem, fugit natiuitatē dicere in verbo.
Et verbum caro factum. Non dixit, verbum per
carnem natus est. Vbi enim memoriam faciunt
Apostoli vel Euangelistæ filij, ponunt, quia na-
tus est ex muliere. Attende dictum. Peto viri di-
cunt nomen filij. Et quia natus est ex muliere, po-
nunt natus est. Vbi verò mentionem faciūt ver-
bi, nemo eorum ausus est dicere natiuitatem per
humanitatem Audi. Beatus euangelista Ioannes
veniens in verbum & humanationem eius, Audi
qualia ait. Verbum caro factum est. Hoc est as-
sumpsit carnem, & habitauit in nobis, hoc est no-
stram induit naturam, & vidimus gloriam eius
filij? non dixit: Vidimus natiuitatem verbi.

CONCILIVM

Eiusdem quaternione. XV.

Sic & secundum carnem Christum ex coniunctione, quæ ad deum verbum est, deum nominamus visibilem scientes sicut hominem. Audi vtrunque paulo prædicante. Ex Iudæis ait Christum, secundum carnem primum, & tunc dei copulatione diuina loquitur de visibili? ut nemo hominis cultricem christianitatem suspicetur.

Eiusdem quaternione. XXVII.

Sed sicut dicimus deum omnem creatorem, & deum Moysen, deum enim ait posuit Pharaonis, & filium Israel dei, filius enim ait meus primogenitus Israel, & sicut dicimus Christum Saul, non enim ait, mittam manum meam in eum, quia Christus domini est, & cyrum similiter. Hæc dicit enim ait dominus Christo meo Cyro, & babilonios sanctos, ego enim, ait, præcipiam eis, sanctificati enim sunt, & ego adducam eos, ita dico, & dominum Christum, & deum & filium, sanctum & Christum. Sed communio quidem nominum similis, non autem eadem dignitas.

*ITEM EIVSDEM DE QUATER-
nione. XV.*

Hoc sapite in vobis, quod & in Christo Iesu. Qui in forma dei existens, semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens. Non dixit. Hoc sapite in vobis, quod & in deo verbo, qui in forma

EPHESINVM.

71

ma dei existens, formam serui accepit. Sed accipiens Christum nomen ut pote duarum naturarum appellatione significatiua, sine periculo eum ex serui forma quam accepit & deum nominat. His quæ dicuntur in naturarum geminationem, irreprehensibiliter partitis.

*ITEM EIVSDEM DE QUATER-
nione. XVI.*

VT in nomine Iesu, ait, omne genua flectatur, cælestium, terrestrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia dominus Iesus christus in gloria est dei patris. Propter indutum indumentum veneror, propter occultum adoro visibilem, indiuisibilis à Visibili deus. Propter hoc indiuisum honorem non diuido. Diuido naturas, sed vno adorationem.

*ITEM EIVSDEM DE QUATER-
nione. XVII.*

ERat quidem deus verbum, & ante humanationem filius deus. & coexistens patri: assumpsit autem in ultimis temporibus serui formam. Sed cum existeret ante hoc filius & vocaretur, post assumptionem non potest vocari separatus filius, ne duos filios dogmatizemus. Sed quoniam ille coniunctus est in principio existenti filio, qui sibi iniunctus est, non potest secundum dignitatem filiationis diuisionem suscipere. Secun-

CONCILIUM

dum dignitatem, dixi, filiationis, non secundum naturas. Propter hoc & Christus deus verbum nominatur, quoniam quidem habet coniunctionem ad Christum continuam.

ITEM EIVSDEM DE QUARTERNIONE. XV.

IN confusam igitur naturam custodimus coniunctionem. Confitemur in homine deum, veneramus coniunctionem omnipotenti deo coadorandam.

ITEM EIVSDEM DE QUARTERNIONE. XVI.

CONsidera, & quod his statim copulatur. Ut misericors, ait, fiat, & fidelis pontifex ad deum. In quo enim passus est ipse tetratus, potest tetratis subuenire. Ergo qui passus est, pontifex misericors est. Passibile verò templum, non viuificat passus deus.

ITEM EIVSDEM DE QUARTERNIONE. XVII.

UT dicatis ait, quod valde quædam deitatis existebat coniunctio, & impueritia conspecta dominica carne. Erat enim idem, & puer, & pueri dominus. Laudastis vocem, sed nec ipsa indiscussa, plaudite, Dixi enim, quod ipse erat puer, & pueri habitator.

EPHESINUM.

72

EIVSDEM DE QUARTERNIONE.

COMMunes enim sunt trinitatis operationes, & in solis subsistentiis diuisionem habentes. Unigeniti igitur gloria, aliquando patri adhibetur, Et enim ait pater qui glorificauit me, aliquando spiritui, spiritus enim ait veritatis me glorificabit, aliquando Christi potentiam:

EIVSDEM DE QUARTERNIONE. XV.

ISTe qui dicit Deus meus, deus meus, quare me dereliquisti, iste qui triduanam mortem sustinuit. Adoro autem cum deitate hunc, ut diuinæ cooperatorem auctoritatis.

ET POST ALIA.

NON per se deus est, quod plasmatum est ex spiritu, non per se deus in sepulchro. Sic & enim essemus hominis cultores, & mortui cultores manifestè, Sed quoniam inassumptus deus ex assumente, ut assumenti, quo appellatur deus.

EIVSDEM DE QUARTERNIONE
IIII. contra hereticos.

QVomodo enim erit seruus ait, qui cum patre & filio operatur. Et si querit aliquis spiritus actus, inueniet patris & filij in nullo omnino abesse, non quasi quod vna diuidatur deitas sed in diuina scriptura, quæ vnius virtutis sunt, & in sin-

CONCILIVM

gulam diuidentes subsistentiam ad demonstrationem trinitatis similis. Et considera mihi simile ex necessariis in operibus incoantem. Deus verbum factum est caro, & habitauit in nobis. Confedere fecit sibi assumptam pater humanitatem. Ait enim: Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis. Assumpti veniens spiritus continuit gloriam. Quando enim ait, venerit spiritus veritatis, Ille me glorificabit.

EIVSDEM DE QVA
ternione. VI.

Iste fidelis deo factus Pontifex, factus est enim. Iste, non consempiternus ante. Iste qui paulatim in pontificis hæreticæ profecit dignitatem. Audi apertius vel hoc clamante voce. Qui in diebus ait carnis suæ preces & supplicationes ad deum, qui potest eum saluare de morte cum clamore valido & lachrymis offerens est exauditus à reuerentia quidem cum esset filius, didicit ex quibus passus est obedientiam, & consummatus factus est obedientibus sibi omnibus causa salutis æternæ. Consummatur autem quod paulatim proficit. De quo & Lucas in Evangelio clamat. Et Ioannes proficiebat sapientia & ætate & gratia, quibus consona & Paulus loquens. Consummatus ait factus est obedientibus sibi omnibus causa salutis æternæ, appellatus à deo pontifex secundum ordinem Melchisedech. Et post

EPHESINVM.

73

ET POST ALIA.

Pontifex vocatus. Quid igitur interpretaris contra Paulum? impassibilem deum verbum dicit, cui commiscens similitudine, & passibilem pontificem faciens.

EIVSDEM DE QVA
ternione. VII.

Vnde fratres vocationis cœlestis participes, considerate apostolum & pontificem confessionis nostræ Iesum fidelem existentem ei, qui fecit eum.

ET POST ALIA.

Existentem igitur nobis hoc solo pontifice, compatiante & consanguineo & firmo, nolite à fide, quæ in eum est peruerri. Ipse enim nobis promissæ benedictionis ex semine Abraham destinatus est, qui pro se & igne corporis sacrificium attulit. Notandum est, quia confessus omnem pontificem eguisse sacrificio, & excipiens Christum velut non indigentem, in his ait per se offerre & genere sacrificium.

EIVSDEM DE
quaternione. IIII.

Adite igitur intendentes dictis. Qui manducat inquit meam carnem, & bibit meum sanguinem. Non dixit, qui manducat deitatem meam,

K

CONCILIVM

& bibit meam deitatem, qui māducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo.

ET POST ALIA.

SEd ad propositum redeamus. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo. Meministis quia de carne est, quod dicitur, sicut misit me viuens pater. Me visibilem. Sed forte aliter interpretor. Audiamus de reliquis. Sicut misit me viuens pater. Dicit hæreticus hîc deitatem. Dicit, misit me viuens pater. Secundum illos & ego viuo deus verbum propter patrem. Deinde post hoc. Et qui manducat me, ille viuet. Quam manducamus deitatem, an carnem?

EIVSDEM DE
quaternione. XVI.

ET omninò ait si omne simul nouum testamentum versaueris, non inuenies alicubi in eo mortem deo applicari, sed aut Christo, aut filio, aut domino. Christus enim & filius & dominus in vnigenito, vt ex scriptura accipimus. Naturarum est duarum significatiuum, & aliquando significat deitatem. Aliquando autem humanitatem, aliquando vtraque. Quale est cum Paulus scribens prædicat: Cum inimici essemus, reconciliati sumus deo per mortem filij eius. Humanitatem clamat filij: Cum dicit iterum idem ad Hebræos. Deus loquutus est nobis in filio,
per

EPHESINVM.

74

per quem & secula fecit, deitatem significat filij. Nec enim caro creatrix est seculorum, quæ post secula creata est.

ET POST ALIA.

NEc deitas fratrem Iacobum habuit, nec deï verbi annunciamus mortē cum dominico corpore cibamur & sanguine:

ITEM EIVSDEM DE
quaternione.

INtendo ait nostros populos religiositatē quidem multam possidentes, & feruentissimam pietatem? ex ignorantia autem circa pietatis dogma labentes. Hoc verò non est crimen populorum, sed vt quoquomodo decenter dicam, eo quod non habeant doctores tempus, aliquid de integris vobis commendare dogmatibus.

PETRVS presbiter Alexandriæ & primicerius notariorum dixit: Ecce manifeste in his ait, quia ante doctore nullus hæc locutus est populis quæ ipse locutus est. FLAVIANVS Episcopus Philippensium dixit: Quoniam acerba & blasphema sunt quæ à Nestorio dicta sunt, & non sufferūt aures nostræ amplius pollui, vnaqueque pars eius blasphemix inseratur gestis & accusatione docentis hæc. PETRVS presbiter Alexandriæ & primicerius notariorum dixit: Reuerentissimus & sanctissimus metropolitanus episcopus Carthaginis Capriolus per Bessulam diaconem scripsit ad sanctam hanc synodū epistolam, quam si iusserit vestra Reuerentia legam: Et lectum est ita.

K ij

CONCILIVM
EPISTOLA CAPRIOLI CAR-
thaginensis episcopi ad synodum
Ephesinam.

x x.



Reuerentissimis & beatissimis & sanctissimis comministris vndiq; ad sanctam synodum conuenientibus, Capriolus. O R A B A M Reuerentissimi fratres in tali statu venerabilem vestram synodum celebrari, vt & nos electis communi iudicio fratribus & coëpiscopis nostris, non excusationem lamentatione dignam, sed instructam magis legationem mitteremus, nisi nostram instantiam causę diuersę impedirent. Etenim primum domini & piissimi filij nostri Imperatores Theodosij tales litterę ad manus venerūt, quę beatę memorię fratris nostri & coëpiscopi Augustini pręsentiam specialiter exigebant. Quę prędictę litterę in hac vita inuenire eum nullatenus potuerunt. Vnde ego qui ipsam Imperialem notitiam licet prędicto destinata videretur accepi missam, ex omnibus prouinciis Africę competentibus litteris & solitis colloquiis synodū volui congregari: vt electi è numero fratrum & coëpiscoporum nostrorum ad adorabilem synodum vestrę beatitudinis destinarentur. Sed quoniam non est apertus accessus vię, etenim infusā inimicorum multitudo & vastatio lata prouinciarum quę aut extinctis habitatoribus aut profugatis, miserādam exterminationis faciem in longitudinē & latitudinem extenden-


tendentem facultatem consummauit veniendi: His igitur impedimētis conuenire ad vnum qui circum Africam sunt episcopi nullatenus potuerunt. Quibus additur, quoniā Imperiales in diebus Paschę ad nos venerunt litterę, quando vix vsque ad venerabilem totius synodi conuentum duorum mensium spatium restabat, quod vix sufficiebat & ipsi Africanę synodo in vnum cōuenire, & si nulla difficultas ab hostibus pręsens accideret. Hinc factū est, licet legatos nullomodo destinare potuimus, propter reuerentiam tamen debitam ecclesię disciplinę, filium meum Bessulam diaconum cum his excusationis litteris destinauimus ad orabiles fratres. Vnde postulo vestram sanctitatem licet credam auxilio Dei nostri per tātam synodum venerabilium sacerdotum firmam per omnia fidem catholicam futuram, vt operante sancto spiritu quem vestris cordibus regendis credimus affuturum, nouas doctrinas & ante hoc ecclesiasticis auribus inexpertas, prouincialis auctoritatis virtute repellere & ita nouis quibuscunque erroribus resistite, ne eis quos pridem expugnauit ecclesia & in temporibus quibus exorti sunt, & apostolicę sedis auctoritas, & in vnum cōsonans sententia sacerdotalis frequenter sub habitu sanctę collocutionis, vox videatur ablata renouari. Si quid forte nouiter exortum est quęstionis, necesse est aut acceptum probetur, aut cōdemnatum possit discerni: Hęc autem de quibus iam pridem iudicatum est, si aliquis dimiserit ad secundam colloqu-

† videtur le-
gendū mihi.

tionem vocari † nihil videbitur si quidem defide-
quam hactenus tenuit ipse ambigere. Deinde &
propter exemplum posteriorū, vt hæc quæ nunc
pro catholica fide definita sunt habere possint
perpetuam firmitatē hæc quæ iam à patribus sunt
definita custodienda sunt. Quoniam si quis vo-
luerit quæ pro catholico statu decreta sunt, in
perpetuum manere, non sua auctoritate, sed an-
tiquorum sententia debet cōfirmare quod sentit.
Vnde sic hoc quidem ab antiquioribus, hoc au-
tem à recentioribus videns hoc quod confirmat
probans vnigenitam catholicæ ecclesiæ verita-
tem à præteritis temporibus vsque ad nostra sim-
plici puritate & inuicta auctoritate currētem se-
met & docere doceat & tenere. Hæc interim pro
præsenti legatione Asiicæ, quā destinare neces-
sitas prædicta non concessit, venerabilibus ve-
stris auribus misi, plurimū petens, quatinus con-
spectis quæ in rebus sunt & temporibus calami-
tatibus nostram absentiam nullam superbiam aut
negligentiam, sed manifestam necessitatem ma-
gis arbitrari dignemini. ¶ CYRILLVS epi-
scopus Alexandriæ dixit: Epistola quæ lecta est
Reuerentissimi & sanctissimi episcopi carthagi-
nis Caprioli, inseratur fidei gestorum. Vult. n. an-
tiqua quidem valere fidei dogmata, recentiora
autem, vtpote adinuentā & impie dicta repro-
bari & eici. OMNES Episcopi clamauerunt.
Hæc omnium voces sunt. Hæc omnes dicimus.
Hæc omnium oratio est.

SEN

SENTENTIA PROLATA A
sancto concilio contra Nestorium.



Ancta synodus dixit: Super alia, xxz.
neque obaudire volente honora-
bili Nestorio nostræ vocationi,
neque à nobis destinatos sanctissi-
mos & reuerentissimos episcopos
fuscipiente, necessario accessimus ad discussio-
nem impie ab eo dictorum, & comprehēdentes
cum & ex epistolis eius & ex scriptis quæ lecta
sunt & de nuper ab eo dictis in hac metropoli, &
per testiū depositionem, impie sapientem & præ-
dicantem, necessario coacti sumus tam ex cano-
nibus quàm ex epistola sanctissimi patris nostri
& comministri Cælestini episcopi Romanorum
ecclesiæ, lachrymantes sæpius ad hanc mærore
plenam contra eum accedere sententiam.

QVI Blasphematus igitur ab eo est Domi-
nus noster Iesus Christus definit per præsentem
sanctissimam synodum. Alienum esse eundem
Nestorium ab episcopali dignitate & omni col-
legio sacerdotali.

CYRILLVS episcopus Alexandriæ sub-
scripsi decernens cum sancto concilio.

IUVENALIS episcopus Hierosolymo-
rum subscripsi decernens cum sancto concilio.
Et omnes supradicti episcopi subscripserunt in
damnationem Nestorij, qui sunt ultra ducentos.
Nam vices egerunt quidam aliorum episcoporū,
venire nō valentium ad Ephesinā metropolim.

K iij

CONCILIVM

DAMNATIO MISSA AD FACIEM eius altera die damnationis eius.

XXII. **S**ANCTA Synodus quæ gratia Dei secundum sanctionem Reuerentissimorū & Deo amabilium nostrorum Imperatorum congregata est in Epheso, Nestorio nouo Iudæ. Cognosce te metipsum propter impias tuas prædicationes & circa regulas inobedientiam, secundum quod placuit ecclesiasticis sanctionibus, Iunio mense præsentis, Secunda & vicesima die à sancta Synodo damnatum & omni ecclesiastica lege extraneum esse.

DEFINITIO PROLATA A SANCTO & vniuersali concilio contra præsumentes vel docere aliquid, vel scribere citra definitionem exposita fidei à CCC XVIII. patribus.

XXIII. **P**ETRVS presbyter Alexandræ & primicerius notariorum dixit: Sancta & magna vestra Synodus omnem faciens prouidentiam rectæ apostolicæque fidei & dogmatum veritatis, prouidens quoque disciplinæ & ordini ecclesiarum definitionem protulit, quam præ manibus habentes, si placet sanctitati vestræ relegimus. Sancta Synodus dixit, Prolata definitio sancti huius vniuersalisque consilij relegatur & inseratur gestis.

Nicana synodus fidem hanc protulit:

Credimus

EPHESINVM.

77

CRedimus in vnum Deum patrem omnipotentem, & reliqua vsque ad finem symboli. His igitur lectis, Decreuit sancta Synodus aliam fidem nulli licere proferre vel conscribere vel componere citra definitam à sanctis patribus qui in Nicæa congregati sunt cum spiritu sancto. Præsumentes autem proferre aut componere fidem alteram aut protendere aut proferre volentibus conuerti ad notitiã veritatis vel ex paganitate, vel ex Iudaismo vel ex hærese qualibet, hos, siquidẽ sunt episcopi aut clerici, alienos esse episcopos episcopatu & clericos clero, si verò laici anathematizari. Simili quoque modo si capiantur siue episcopi siue clerici siue laici, aut sapientes aut docentes ea quæ sunt in prolata expositione à Charisio presbytero de inhumanatione vnigeniti filij Dei, vel scelestas & peruersas Nestorij dogmata, quæ etiam subiecta sunt, subiiciantur sententiæ sancti vniuersalisque concilij. Palam namque est quia episcopus quidem erit episcopatu depositus, clericus autem similiter clero casurus. Si verò laicus fuerit, etiam is anathematizetur, sicuti prædictum est.

Extant hæc in Novo cano. no. in canon. 6. huius concilij.

EPISTOLA DESTINATA AD clericos & æconomos ecclesiæ Constantinopleos.

SANCTA Synodus gratia Dei in Epheso congregata secundum sanctionem piissimorum & deo amabilium principum nostrorum Lampro-

rato & Eucharis Reuerentissimis præsbyteris & œconomis & reliquis Reuerentissimis clericis Christo amabilis Constantinopolitanæ sanctæ dei ecclesiæ. Cognoscat vestra reuerentia Blasphemum Nestorium propter impias suas prædicationes secundum ecclesiasticas sanctiones inobedientem. Hesternæ die, quæ est præsentis mensis Iunii secunda & vicesima à sancta Synodo secundum quod placuit Ecclesiasticis regulis condemnatum, & totius gradus ecclesiastici alienum. Custodite igitur ecclesiastica omnia, tanquam futuri etiam reddere rationem ei, qui per voluntatem dei & nutum piissimorum & deo amabilium nostrorum principum ordinandus est Constantinopolitanorum ecclesiæ.

EPISTOLA CYRILLI EPISCOPI ad Clerum & populum Alexandria.

CYRILLVS præsbyteris & diaconibus & populo Alexandria dilectissimis & desiderantissimis in domino salutem. Licet latius oporteret ea, quæ gesta sunt vestræ insinuari reuerentiæ. Sed tamen eo quod vrgerent litterarum portitores, breuiter scripsi. Scitote igitur, quia octaua & vicesima die paunij mensis Synodus facta est in Epheso in maiore ecclesiæ ciuitatis, quæ vocatur Maria dei genitrix. Perdurantes autem totum diem, nouissimè repro-

reprobatum, & neque præsumptum accedere ad sanctam Synodum blasphemum Nestorium condemnationi subiecimus, & expulimus episcopatu. Sumus autem qui conuenimus episcopi ultra. c. c. Permanit autem omnis populus ciuitatis à mane vsque ad vesperam expectans iudicium sancti Concilij. Cumque audissent, quia damnatus est blasphemus, omnes yna voce cœperunt fauere sancto Concilio, & glorificare deum, quoniam fidei cecidit inimicus. Egredientes verò nos ab ecclesia deduxerunt cum lampadibus vsque ad diuersorium nostrum. Erat enim iam vespera. Et facta est multa lætitia & luminaria in ciuitate ita vt mulieres quoque tymia materia tenentes ante cederent nos. Et ostendit saluator blasphemantibus gloriam suam, quia omnipotens est, futuri itaque sumus cartulas complentes factas in damnationem eius iam festinare ad vos, comitante deo. Omnes simul in gaudio & salute propter gratiam saluatoris. Valete vos in domino, opto dilectissimi & desideratissimi.

RELATIO AD IMPERATORES De depositione Nestorij.

PIISSIMIS ET deo amantissimis ^{XXXVI.} Theodosio & Valentiniano victoribus & triumphatoribus semper augustis sancta Synodus gratia Christi & nutu vestræ potestatis congregata in Ephe- ^{Extat impressa. 1. to. concil. inter frag. in huius concilij.}

fiorum metropoli. A progenitoribus veram fidem percipiens vestra pietas Christo amabiles & deo feruati principes, ex hac quotidie crescente sollicitudine plurimam habetis dogmatum veritatis. Pro quibus etiam tumultu facto non solum in illa maxima ciuitate, sed & in toto orbe terrarum, ex his quæ prædicata sunt & edocta à Nestorio dogmatibus alienis existentibus à sanctorum patrum & sanctorum apostolorum & Euangelistarum traditione non despexit vestra potentia ea quæ conturbabant sanctas ecclesias, & adulterabant & fidei & veræ dogmata pietatis, sed ex omni metropoli congregari iussit vestra pietas deo amabiles metropolitæ episcopos, deducens quoque quosdam aliarum ciuitatum episcopos tempusque sufficiens ad concursionem vsque ad Pentecosten decernens. Omnibus itaque nobis congregatis in Ephesiorum metropoli secundum definitas nobis inducias tardare contigit sanctissimum Ioannem Antiochenum episcopum. Sed arbitrati nos itineris difficultatem causam fuisse tarditatis distulimus audientiam vsque ad tempus x v i dierum ex definitis induciis à vestra potentia. Et alij quidem sanctissimorum episcoporum senectute compressi peregrinationis moram non ferebant, alij verò in languore periculum patiebantur, quidam autem etiam vitæ terminum in Ephesiorum metropoli susceperunt: alij quoque paupertate constricti adeuntes nos cogebant audientiã. Post x v i. verò totos dies numeratos

ratos à sancta Pentecoste celebravimus audientiam. Quoniã verò etiã sanctissimus episcopus Antiochiæ Ioannes per Alexandrum Apamiæ, & Alexandrum Ierapoleos deo amantissimos episcopos præcedentes eum significauit nobis habendum negotium maiore tarditate onerare sanctam Synodum nolens congregatis nobis in die mensis Iunij secunda & vicesima secundum Romanos, & ante vnum diem rogantibus per reuerentissimos episcopos miserabilem Nestorium sedere nobiscum, & communicare de pietate fide quæstioni, nullum ab eo clarum meruimus respõsum, significante hoc solum per eos, qui missi sunt, quia cogito, & si probauero, occurro. In crastinum verò collecti in sancta & maiore ecclesia, quæ appellatur Maria proposito quoque sancto Euãgelio in media sede & ipsum nobis Christum præsentem monstrante, nos quidem secundum canonum consequentiam rursus misimus tres alios sanctissimos episcopos rogantes occurrere ad sanctam Synodum, & doctrinæ suæ reddere rationem. At ille militibus suam domum circũdari, procurrans cum nulla fieret turba per ciuitatem, nec respõso eos, qui missi sunt, dignos fecit. Canonibus autem præcipientibus euocari tertia euocatione inobediẽtem, dirigentes ad eum rursus alios sanctissimos episcopos, contumacem inuenimus, & remittentem eos, qui missi sunt cum multa verecundia & iniuriis, per eos qui ante domum eius circum astabant milites. Quia igitur non oportebat tanta Synodo cõ-

CONCILIVM

ueniente sine effectu manere. Illo mala conscientia non occurrente, de fide & pietate necessario monuimus dogmata præfulgere, gestorum monumentis disponetes deo amabiles literas vestre pietatis. Post quas expositionem piæ fidei proponentes, primitus quidẽ à sanctis apostolis traditæ nobis, postea verò à sanctis patribus. ccc. xviii. In Nicæa ciuitate collectis à sanctæ memoriæ Constantino, cuius rectam fidem clariorem ostendit vestra potetia. Et expositioni huic primum quidem de fide epistolas deo amantissimi & sanctissimi Archiepiscopi Cyrilli comparantes, consonans inuenimus & dogmatibus & intellectibus, & in nullo alienam eius doctrinam piæ illius expositionis. Quia verò iam supererat cõpararentur dogmata prædicata miserabilissimi Nestorij, non enim incerta erant, & in epistolis eius aperte prædicata & in codicibus & in publicis tractibus manifestè diuulgata, sed & in ipsa Ephesiorum metropoli apud quosdam reuerentissimorum episcoporum ab eo palam dicta, non enim cessabat dicens, nõ oportere dici deum, qui propter nos homo factus est, & exprobrans diuinitati humana, quæ non propter infirmitatem, sed propter clementiam in nos habitam suscepit, veluti deridens venerabile sacrumque mysterium nostrum, disputans aduersus reuerentissimos episcopos præsumpsit dicere, quia ego duorum mensum & trium Deum non dico, & hæc ante tres dies sancti concilij, sicut etiam monumentorum continet fides, necessario hæc quoque

com-

EPHESINVM.

80

comparantes expositioni sanctorum patrum repugnantia inuenimus penitusque contraria catholicæ & apostolicæ fidei, vt neque egeat satisfactione Nestorius, sed ipse sui fiat quotidie accusator, persistens in dogmatibus suis corruptis, penitusque contrariis catholicæ & apostolicæ fidei nostræ. Hac itaque causâ ipsum quidem sacerdotio corruptaque doctrina remouimus, depositionem eius canonicam facientes, atque laudantes deo amantissimum & sanctissimum episcopum maximè Romæ Cælestinum, qui ante nostram sententiam reprehendit hæretica Nestorij dogmata, & ante nos protulit aduersus eum sententiã propter ecclesiarum cautelam, & traditam nobis piam salutarẽque fidem à sanctis apostolis & Euangelistis sanctisque patribus, quam peruertere visus est corrupto sermone & nimia multitudine qui reprehensus effudit. Vestræ igitur potentie supplicamus, quò omnem eius doctrinã iubeatis auferri à sanctis ecclesiis, & inuentos vbicunque codices igni cõtradi per quos rescindere nititur dei gratiã homini factam propter clementiã qui ipse non clementiã sed iniuriam putat diuinitatis. Si quis autem contemnit, quæ sancta sunt, vestræ potentie indignationẽ formidet. Sic enim & apostolica fides inuiolata permanebit vestra pietate roborata, & omnes nos intetas orationes pro vestra potentia faciemus, per quam Christus glorificatur, & roboratur fides, & dei gratia fit cunctis hominibus manifesta. Ad clariorem quoque perfectiorẽque notitiam gestorum, subiecta sunt

etiam monumenta. Et subscripserunt omnes, qui prænominati sunt, in monumentis, deo amabiles episcopi.

EPISTOLA CYRILLI AD EPISCOPOS & Archimandritas Constantinopolitanos.

XXVII.



Cyrillus Archiepiscopus Commarioni Potamoni episcopis & Archimandritis monasteriorum, domino Dalmatio & Timotheo & Eulogio, presbyteris dilectissimis & desiderantissimis, in domino salutem.

Sperabamus venientem honoratissimum Nestorium pœnitentiam agere, in quibus blasphemavit, ex quo ordinatus est, & veniam postulare à sancto concilio, licet etiam sic periculum esset donare veniam ei. Non enim possibile erat talia prædicati, qui omnem peruertit orbem terrarum, & colendam, ecclesiarum cômouit fidem, concedere veniam. Nam si etiam qui vnam dicere blasphemiam præsumpserit vocem contra piissimos & Christo amabiles imperatores, iustè patitur indignationes legum, non potius impius, qui totum venerabile conuertit nostrum mysterium, & perimit dispensationem quam sanctus & clemens dei patris filius vnigenitus propter nos impleuit, dignatus homo fieri, vt omnes nos saluos faceret, & liberaret quę sub cœlo sunt & peccatis & morte. Veruntamen mirati sumus durum

COR

cor viri. Nam neque pœnituit neq; fleuit in his, quæ dicere præsumpsit, contra gloriam omnium nostrum saluatoris Christi, sed etiã in Ephesum veniens iisdem sermonibus utebatur, & rursus ostendit semetipsum sapere peruersa, ita vt insignibus metropolitanis deo amabilibus episcopis iustè aduersus eum motis, deinde concludentibus eum per scripturam diuinitus inspiratam, atque docentibus quia deus est, qui ex sancta virgine natus est nefanda v fus voce diceret, Ego duorum mensium & trium deum non dico. Sed & alia super hæc perimens inhumanationem vnigeniti. Data siquidè est sancto concilio dilatio sanctã Pentecosten à Deo amantissimis imperatoribus nostris. Primæ namque literæ, per quas euocati sumus, hanc habent formam: Occurrimus autem ad Ephesiorum urbem ante definitũ diem. Non enim fas erat contemnere dominicas sanctiones. Quia verò audiimus venire reuerentissimum & deo amantissimum Antiochenorum episcopum Ioãnem sustinimus. xv. dies, licet omnis Synodus clamaret & diceret, quia ille non vult adesse. Metuit enim nè fortè depositionem sustineat honoratissimus Nestorius, captus ab ecclesia, quę sub eo est, & fortè hac causa confunditur. Quod & iam ostendit experimentum postea. Verè enim distulit venire. Præcedentes enim aliqui, qui cum eo erant reuerentissimorum episcoporum ab oriente dixerunt: Mandauit nobis dominus Ioannes episcopus dicere beatitudini vestræ, quia si tardauero, agite quod agitis.

I.

CONCILIUM

Congregata igitur sancta Synodus secundum Alexandriam octava & vicesima die Paunij mensis in maxima ecclesia, quæ vocatur Maria, vocavit eum mitres reuerentissimos episcopos, ut veniret & probaret semetipsum, & satisfaceret, de quibus edocuit atque conscripsit. At ille primum quidem responsum fecit dicens, quia cogito, & video. Vocatus est secundo anagnostico à sancto concilio rursus missis ad eum dei cultoribus episcopis. Ille verò causam faciens illicitam milites sumens à magnificentissimo comite Cádidiario, statuit ante domum suam cum fustibus prohibentes ingredi quemq; ad eum. Cúmque persisterent destinati sanctissimi episcopi, dicentes nihil mali venimus dicere vel audire, sed sancta Synodus eum vocat, occasionibus variis utebatur, utpote venire nolens. Percutiebat enim eum conscientia. Deinde vsi sumus & iam tertio anagnostico, & rursus missis ad eum episcopis ex diuersis provinciis, iterum militum vsus est violentia, & noluit aduenire. Residens igitur sancta Synodus & sequens ecclesie sanctiones, & relegens epistolas eius, & expositiones & inueniens blasphemias plenas, attestantibus quoque reuerentissimis episcopis metropolitanis, quia in ipsa Ephesiorum urbe contra nos disputas aperte dixit, quia deus non est Iesus, deposuit eum, & iustam legalémque aduersus eum sententiam protulit. Quia verò fuit necessarium hæc ipsa cognoscere vestram sanctitatem quos oportet maximè hæc ipsa nosse, ut non subripiat aut ipse aut qui ei studet. Hæc necessarium

riò

EPHESINVM.

82

riò nunciaui. Habemus autem & reuerentissimi episcopi Ioannis epistolam scriptam ad eum, per quam vehementer increpat ei tanquam inania & impia dogmata in ecclesias introduceti & soluenti prædicationem à sanctis Euangelistis & Apostolis traditam ecclesiis. Quia verò nihil potest in suis blasphemias dicere, occasionem sumit, dicens, quia rogavi dies quatuor differri, donec veniret Antiochenorum episcopus, & non acquieuerunt; dum memoratus sanctissimus episcopus Ioanes declinauerit aduenire. Nam si voluisset interesse, cur nunciauit per episcopos sub manu sua constitutos, quia si tardauero, agite quod agitis. Sicut enim dixi, noluit interesse, sciens quia omninò sancta Synodus decerneret Nestorij damnationem, ut pote impia blasphemaque loquentis aduersus omnium nostrum saluatorem Christum. Quia ergo sicuti didici delatae sunt relationes à magnificentissimo comite Cádidiario, sapienter docete, quia nondum monumenta, quæ gesta sunt, in damnationem eius completa sunt in cartis. Ideo non potuimus neque relationem mittere, quem deberet mitti ad piissimos & victores nostros Imperatores. Cum deo autem dicendum est, subsequetur & iam relatio cum monumentis, si quis nos permiserit destinare, qui deferre possit. Si igitur tardauerit monumentorum & relationis aduentus, agnoscite, quia non permittimur destinare. Valere. ¶ Tunc populus simul in Constantinopoli vna voce omnium, anathematizauit Nestorium, Ascendit

L ij

CONCILIUM

in altum sanctus Dalmatius & dixit: Si vultis audire, quiescite, & nolite impedire hæc quæ dicuntur, sed magnanimi estote, vt verba subtiliter audiatis. Epistolam nunc lectam vestræ reuerentiæ piissimus Imperator legit, & satisfactum est ei. Quia ego dixeram Imperatori, quando venit ad me, quid debuisset scribere sancto concilio, quæ dicta sunt ei, & plenè non sunt scripta. Misi autem ad me, & lecta sunt. Et ne contristarem eum, subsequentiæ præmissi, quæ deferentes non ostenderunt, sed pro eis alias ostenderunt literas. Dicentia igitur & consequentia locutus sum ei, quæ non licet modo dicere. Cogitatis quia elatus sum quicquam aut gloriatus. Conteret enim deus ossa simulatorum. Imperator omnia consequenter audiuit, quæ facta sunt, & gaudius est cum gratiarum actione ad deum, & consonuit verbis consequentiæ sancti concilij sicut decet eius imperium, non mea verba sequutus, sed auorum suorum & patrum. Tamen sicut decebat, suscepit & legit, & satisfactum est. Et hoc dixit, quia si sic siue veniant, qui interfuerunt episcopi. Et dixi ei, quia nullus eos venire permittit. Et dixit, Nullus prohibet. Ego autem dixi, quia tanti sunt & venire prohibiti. Et dixit rursus, quia ab illa parte & veniunt multi & vadunt sine prohibitione. Et dixi, Quæ à sancto concilio aguntur, nullus referri permittit vestræ pietati. Pars verò altera est domini. Et dixi ipsi Imperatori coram omnibus. Quæ vis audire; sex milia numero episcopos aut vnum hominem impium.

EPHESINVM.

pium. Sex milia verò dixi, qui sunt sub potestate metropolitanorum. Hoc factum est igitur vt mittatur, & veniant, qui venturi sunt, qui etiam ea, quæ gesta sunt, faciant manifesta. Dico autem sanctissimi episcopi nunc venientes à sancto concilio. Et dixit: Quia benè quæstisti. Et iterum adiecit verbum vnum. Et dixit, Orate pro me, & noui quia Imperator secuturus est magis deum & sanctam Synodum, & nequaquam peruersos homines. Orate igitur pro Imperatore & pro nobis.

EPISTOLA CYRILLI ARCHIEPISCOPI Alexandrini ad patres Monachorum.



Yrillus reuerentissimis & dei cultoribus Monachis, & qui vobiscum sunt, vitam monasticam adeptis, & in fide dei collocatis dilectissimis & desideratissimis In domino gaude. Dominus Iesus Christus quando à sceleratis Iudæis passus est contumelias, dum malediceretur, & palmis cederetur, flagellatus, & nouissimè propter nos & pro nobis crucifixus, prospiciens omnes delinquentes in se scelesti super eum mouentes capita, dicebat. Et sustinui qui simul contristaretur & non fuit, & consolantem & non inueni. Tale aliquid & iam nunc factum conspiciamus. Magis autem vt non fidelium Germanorumque zelo iniuriam faciam Nestorij blasphemiam plurimos habuerunt, qui simul contristarentur, licet declinassent quidem eum constituti in

XXVIII.

sacerdotio, cooperantes hæretico, & eum debellantibus resistentes. Sed destruit Christus horum inereditiones, magis autem iam & destruxit. Cessauit enim hos blasphemum & tacuit scelestissima lingua nequaquam contra Christum profrens blasphemias in potestate doctrinali atque sacerdotali, & qui amicitiam eius exoptauerunt magis, & non de Christi dilectione cogitauerunt, confusione habent vultus plenos, hoc enim debebatur. Sed licet victus sit iam inimicus, & sumus in reliquis cogitantes, egemus, & iam sic vestris supplicationibus ad deum, & est necessarium, vobis tanquam consecrantibus deo vestram vitam sanctas leuare manus, & sapius hoc agere pro nobis. Considerate enim, quia Iesus naue cum electis Israël debellabat Amalech. Beatus autem Moyses manus eleuans expetebat à deo, vt vincere potuisset. Cõuertatur igitur sanctitas vestra ad orationes, & tanquam filij Germani patribus cooperamini languorem veluti quendam pestiferum Nestorij malam sectam abscindentibus, vt & immaculatam & inuiolatam & in nullo reprehendendam habentes fidem cõplacere valeamus omnia propter nos, & pro nobis passo Christo. Lætificate igitur & iam per litteras nos. Suscipiemus enim tanquam idoneam rem, consolationem vestram. Valete vos oramus Charissimi atque desiderantissimi.

Congregata sancta Synodus in Epheso secundum sanctionem piissimorum & Christo amabilium nostrorum Imperatorum, & inueniens
inimic

inimicum Christi in iisdem perdurantiem, & impia prædicantem, damnauit eum, vt de cætero ab omni orbe terrarum scandala abscinderentur & sicuti diuulgatum est Cõstantinopolim, omnes illi homines studentes ei, & omnia ecclesiastica sumentes ab eo, circumueniebant veritatem. Dicimus autem custodientes naues, itinera & non sinentes neque venire Cõstantinopolim aliquem à sancto concilio, neque illuc proficisci. Sed solum ea, quæ inimica sunt Christi, & referbatur, Et quoniã nullus potest aduersus deum. Quid enim est homo, per dispensationem dei venit epistola ab Epheso scripta ad episcopos & monachos missa per mendicantem, ligata intra calamum, & ita mendicans & ferens calamum hanc derulit. Et surgentia vniuersa monasteria cum Archimandritis suis, exierunt ad palatium, psallentes Antiphonas. Erat autem sanctus Dalmatius vnus Archimandritarum, qui per annos xl. octo, non fuerat egressus monasterium suum, sed intus manebat inclusus. Imperator autem ibat ad eum, & videbat eum. Et terræmotis sæpe factis Cõstantinopoli, & crebro rogante Imperatore vt exiret & letania facerent, nunquam persuasus fuit exire. Orante autem eo pro hoc, vox de cœlis ei præcepit, vt exiret. Deus enim noluit perire gregem suum. Erat autem cum eis & populus multus orthodoxorum. Cum ergo venissent ad palatium, euocati ab Imperatore ingressi sunt archimandritæ, & remansit multitudo populorum & monachorum psallentium antiphonas.

Deinde egressi sunt, promerētes iustum respon-
sum. Clamabant omnes mandata Imperatoris.
Postea satisfecerūt, quia eam ad basilicam sancti
Mucij, & relegimus etiam epistolam & agnoui-
mus satisfactionē Imperatoris. Deinde perexe-
runt omnes, & monachi & populi. Erant enim
via Capaduna, psallentes ipsum vltimum psal-
mum in vltimo loco ciuitatis. Occurrerūtque
populis monachi cum cereis, psallentes. Et cū
vidissent multitudinem, clamauerunt aduersus
inimicum. Venerūtque ad basilicam sancti Mu-
tij, & lecta est eis epistola.

*EXEMPLAR RESCRIPTI IMPE-
rialis missi Ephesum per Palladium
Magistranum.*

*XXIX.
Est impres-
sū inter frag.
huius concil.
I. to. concil.
sub alia ver-
sione.*

Imperatores, Cæsares Theodosius &
Valentinianus, victores, triumphato-
res maximi, semper Augusti, sanctissi-
mo Ephesino Concilio Magnificen-
tissimo comite deuotissimorum domesticorum
Candidiano insinuante, didicit nostra pietas tur-
bulentur, quædam & citra quod decet in Ephe-
siorum gesta Metropoli, neq; omnibus sicut pla-
citum erat dei cultoribus episcopis conuenienti-
bus. Cum utique magnæ ciuitatis Antiochię epi-
scopus appropinquare iam cum alijs metropoli-
tis futurus esset, neque his, qui iam aduenerāt pa-
riter cogitantibus, aut alterutris cōcordantibus,
neque ea, quæ de fide sunt modo quo condecet
exami-

examinātibus, aut sicut semper directis sacris no-
stris continebatur epistolis, sed vt apertum esset
quorundā aduersus aliquos odium propter plu-
rimum studium circa quædā quolibet modo pla-
cita, neque velamine vti valentium. Ideoq; qui-
libet putabit, studio gesta, quæ facta sunt. Vnde
placuit nostrę dignitati, locum quidem talem ne-
quaquā habere auctoritatem. His autem incon-
sequenter gesta sunt vacantibus, quæ circa pieta-
tem sunt verba, sicuti placuit prius examinentur,
vt secundum quod communiter omni concilio
placuerit in reliquum tempus valeāt, non ferente
nostra pietate ea quæ ex studio præsumpta sunt,
sic autem in his quæ facta sunt, indignante, vt iu-
beremus donec & ab omni cōcilio dogmata pie-
tatis examinentur, & dirigatur aliquis à sacro-
sancto nostro palatio vnā cum magnificentissi-
mo comite Candidiano, quæ gesta sunt secundū
iusionem nostrā cogniturus, & quæ sunt incon-
grua prohibitorum, neque recedere aliquem con-
gregatorum episcoporum ab Ephesina ciuitate,
neque ad sacrum nostrum venire comitatum, aut
ad suam patriam remeare. Quatenus nulli hoc li-
ceat, neque speret facile prouenire. Idonea qui-
dem & hæc sunt nostræ beatitudini pronuciare
scripta, nequid etiam aliud præter nostram iuf-
sionem his, quæ facta sunt augeatur. Sciat enim
sanctitas vestra, quia & iam clarissimis iudicibus
prouinciarum scriptum est, nullum penitus per-
mittere ad suam patriam vel ciuitatem extra no-
stram remeantē suscipi iusionem. Oportet enim

omnia secundum quod deo placitum est sine contentione & cum veritate examinata, sic à nostra pietate confirmari, non tanquam pro hominibus neque pro deo amantissimo episcopo Nestorio aut alio quolibet, sed pro ipso dogmate & ipsa veritate sollicitudinem habente nostra dignitate. Data K. Iulii.

*MONUMENTA QUAE GESTA
sunt, in Epheso sub presentia eorum, qui de
Roma Venerunt episcoporum
atque presbyterorum.*

XXX. **E**st consulatum dominorum suorum Flauij, Theodosij XII. & Flauij Valentiniani III. perpetuorum Augustorum VI. Idus Iulias, quae est secundum Egyptios Epiphij sexta decima dies Synodo congregata in Ephesorum metropoli per sanctionem deo amantissimorum Imperatorum, & residentibus in episcopo dei cultoris episcopi Mennis dei cultoribus episcopis, Cyrillo Alexandriae, regente etiam locum sanctissimi & beatissimi archiepiscopi Romanorum ecclesiae Caelestini, & Iuuenali Hierosolymorum, & Mennone Ephesorum, & Flauiano Philippensum, obtinente etiam locum Rufi reuerentissimi episcopi Thessalonicensium, & Theodoto episcopo Ancirae, Galatae primae, & omnibus praenominatis episcopis in statu monumentorum, ingressis quoque & confidentibus, qui ab Hesperia venerunt

nerunt deo amantissimi episcopis & legatis Archodio & Proiecto, & dei cultore presbytero Philippo apostolicae sedis presbyter & legatus dixit: gratias agimus sanctae & adorabili trinitati, quia nos humiles sancto vestro collegio dignos fecit. Dudum quidem sanctissimus & beatissimus Papa noster Caelestinus apostolicae sedis episcopus de praesenti negotio per epistolam suam ad reuerentissimum virum Alexandriae ecclesiae episcopum Cyrillum decernere visus est. Quas litteras sancto vestro collegio destinavit, Et nunc quoque pro firmitate catholicae fidei ad omnium vestrum reuerentiam per nos litteras destinavit. Quas à nobis oblatas, decenter sancto concilio legi praecipite, & ecclesiasticis inseri monumentis. Archadius & Proiectus episcopi & legati Romanorum ecclesiae dixerunt. Iubeat vestra beatitudo delatas vobis litteras cum omni reuerentia nominandi Papae Caelestini apostolicae sedis episcopi legi, ex quibus cognoscere poterit vestra beatitudo, quam habeat curam pro vniuersalibus ecclesiis. Cyrillus episcopus Alexandriae dixit: Suscepta epistola sanctissimi & per omnia beatissimi sanctae apostolicae ecclesiae Romanorum episcopi Caelestini cum competenti honore legatur sancto Concilio. Syricus notarius sanctae ecclesiae catholicae urbis Romae legit. Iuuenalis episcopus Hierosolymorum dixit: Lectae sanctissimi & beatissimi episcopi maximi Romae Caelestini litterae piæ & orthodoxae habentes gestis inserantur. Omnes reuerentissimi episcopi

*Nota cōsue-
tudinē ut lit-
teræ apostoli-
cæ sedis im-
primi latinè
legerentur,*

petierunt interpretari epistolam & legi. Philip-
pus presbyter apostolicæ sedis & legatus dixit:
Satisfactū est consuetudini, ut litteræ apostolicæ
sedis imprimis latinæ legerentur. Quoniam verò
vestra beatitudo exigit, ut etiam Græcè legatur,
necessarium est desiderio vestræ satisfieri sancti-
tatis, quod agere curabimus, ut latina eloquen-
tia Græcè transferatur, Iubete ergo suscipi, &
sanctis vestris auribus insinuari. Archadius &
Proiectus reuerentissimi episcopi dixerunt. Iuf-
sit vestra beatitudo, ut etiam ad omnium notitiā
veniant litteræ, quæ delatæ sunt, quoniam pluri-
mi sunt sanctorum fratrum & coëpiscoporum no-
strorum qui latinè nesciunt. Propterea etiā Græ-
cè delata epistola est trāslata, & si iuberis, relege-
tur. Flavianus episcopus Philippensium dixit:
Oblata interpretatio epistolę suscepta relegatur.
Petrus presbyter Alexandriæ & Primicerius no-
tariarum legit.

*EPISTOLA CAELESTINI PA-
pa ad Synodum Ephesinam.*

*Estat hoc
principiū in
1. to. concilio-
rum.*



CAELESTINVS Episcopus san-
ctæ Synodo apud Ephesum congre-
gata, ¶ Spiritus sancti testatur pre-
sentiā congregatio sacerdotum. Cer-
tum est enim, quod legimus, quia non potest ve-
ritas mentiri, cuius in Euangelio ista senten-
tia est, vbi duo vel tres congregati fuerint in no-
mine meo, ibi & ego sum in medio eorum. Quod
si nec

si nec huic tam breui numero spiritus sanctus de-
est, quāto magis eum nunc interesse credamus,
quando in vnum conuenit tanta turba sanctorū.
Sanctum nanque est pro debita veneratione col-
legium. In quo utique nunc apostolorum fre-
quentissimæ illius, quam legimus congregatio-
nis aspicienda reuerentia est. Nunquam his de-
fuit, quem receperant prædicandum. Affuit his
semper & magister, nec docentes à suo doctore
deserti sunt. Docebat ille, qui miserat, docebat il-
le, qui & dixerat, quid docerent, docebat ille, qui
in apostolis suis se confirmat audiri. Hæc ad om-
nes in commune domini sacerdotes mandatæ
prædicationis cura peruenit, hæreditario in hanc
sollicitudinem iure constringimur. Quicumque
per diuersas terrarum eorum vice nominè domi-
ni prædicamus, dum illis dicitur, Ite, docete om-
nes gentes. aduertit vestra fraternitas, quia acce-
pimus generale mandatum. Omnes & iam nos a-
gere voluit, quod illis sic omnibus in commune
mādauit. Officium necesse est nostrorum sequa-
mur auctorum. Subeamus omnes eorum labores
quibus successimus in honore, præsentemus eo-
rum diligentiam prædicatis, prius quæ monente
apostolo nullam prædicationem iubemur ad-
mittere. Non est minor tradentis officio custo-
dia traditorum. Illi iactauerint fidei semen, no-
stra hæc sollicitudo custodiat, ut incorruptum
& multiplicem fructum nostri patris familiæ ad-
uentus inueniat, cui soli utique assignatur vber-
tas. Loquente namque electionis vase, plantare

& rigare non sufficit, nisi dominus dederit incrementum. Agendum igitur labore communi, ut commissa & per apostolicam successionem huc usque detenta seruemus. Illud in nobis arguitur, per quod secundum Apostolum ambulamus. Non enim nunc species, sed fides nostra vocatur ad causam, Spiritualia arma sumenda sunt, quia bella sunt mentium, & tela verborum, ut in nostri regis foedere perduremus. Omnes nunc ibi positos beatus Paulus apostolus monet. Ibi Timotheo remeare mandauit. Idem igitur locus, eadem causa ipsum requirit officium. Nos quoque nunc agamus, quod agendum tunc ille suscepit, ne quis aliter sentiat, & quaestiones praestantibus fabulis, ne quis intendat. Ut ipse praecipit, simus vnanimes, vnum quia sic expedit, sentientes. Nihil per contentionem, nihil per inanem gloriam agere gestiamus, vna anima cum vno corde sit cunctis, quando quidem fides quae est vna pulsatur. Doleat imò lugeat hoc nobiscum in commune collegium, vocatur in iudicium quia iudicaturus est mundum, dilcitur, qui discussurus est omnes, & calumnia patitur, qui redemit. Accingatur vestra fraternitas. Scitis quae galea caput nostrum muniat, quae lorica pectus includat. Non vos nunc demum ecclesiastica rectores castra ceperunt, Nemo dubitet fauente domino, qui facit vtraque vnum, depositis armis pacem futuram, quando se causa ipsa defendit respiciamus rursus etiam illa nostri verba doctoris, quibus proprie apud episcopos utitur, ista praedicens. Attendite
inquit

inquit vobis & vniuerso gregi, in quo vos spiritus posuit episcopos regere ecclesiam dei, quam adquisiuit sanguine suo. Inde adhuc vocatos hos legimus, qui istud audirent, quo nunc sanctitas vestra conuenit. Ephesius ergo quibus est nota fidei praedicatio, sit nunc erga hanc etiam nota defensio. Exhibeamus huic nostrae mentis illa veneratione constantiam. Quae sunt digna quae magna sunt, quae pro sensu tranquillitas diuturna seruauit intemerata regnarunt. Nunquam contra regem regum verba tyrannicae damnationis admissa sunt, nec opprimi per falsitatem potuit negotium veritatis. Vos hortor fratres charissimi, respiciatur illa sola dilectio. In qua utique secundum vocem Ioannis Apostoli, cuius reliquias praesentes veneramini, manere debemus. Sit oratio communis ad dominum. Scimus quae vis diuinae potentiae sit futura supplicante concorditer tanta multitudine sacerdotum, quando locus ille moueri potuit, in quo vnanimitate. x r i. legimus supplicasse. Quae tamen fuit apostolorum petitio deprecantium. Nempe ut acciperent verbum dei loqui cum fiducia, & per eum virtutes agere, quarum predicante Christo domino nostro acceperant potestatem. Et vestro nunc sancto conuentui quid est aliud postulandum, quam ut cum fiducia loquamini verbum domini, quam ut seruare quae praedicare concessit, ut repleti sancto spiritu, sicut scriptum est, licet ore diuerso, vnum tamen quod ipse spiritus docuit proferatis. His omnibus breuiter animati, quia sicut ait apostolus scientibus legem lo-

quor, & loquor sapientiam inter perfectos, Adestote catholicæ fidei & ecclesiarum quieti, adestote, quia sic dicendum est & præteritis & præsentibus & futuris, rogantes atque seruantes quæ ad pacem sunt Israëlitis. Direximus pro nostra sollicitudine sanctos fratres & consacerdotes nostros vnanimes nobis & probatissimos viros Archadium & Proiectum episcopos, & Philippum presbyterum, qui his, quæ aguntur, intersint, & quæ à nobis agente statuta sunt exequentes. Quibus præparandum à vestra sanctitate non dubitamus assensum, quando id, quod agitur, videatur pro vniuersalis ecclesiæ securitate decretum. Data. VII. Idus Maij Basso & Antiocho Consulibus.

OMnes reuerentissimi episcopi dixerunt. Hoc iustum iudicium. Nouo Paulo Cyrillo Cælestino custodi fidei Cælestino vnanimi Synodi. Cælestino gratias agit omne concilium. Vnus Cælestinus, Vnus Cyrillus, vna fides Synodi, vna fides orbis terrarum. Theodotus episcopus Ancyrae dixit: Iustam sancti concilij sententiam demonstravit omnium deus aduentu litterarum dei cultoris episcopi Cælestini, & præsentia vestre beatitudinis. Nam & Zelum sanctissimi & beatissimi episcopi Cælestini demonstratis & studium circa piam fidem. Quia verò etiã gesta requisivit rationabiliter agnoscere vestra beatitudo ex ipsis gestorum monumentis super deposito Nestorio satisfiet vestræ reuerentiæ, & de decreto iusto sancti concilij & de Zelo atque concor-

concordia fidei, quam etiam beatissimus & sanctissimus episcopus Cælestinus maxima prædicat voce. Quippe post vestrâ satisfactionem, & iam reliquis nunc adiiciendis in monumentorum gestis.

EPISTOLA SANCTI CONCILII
ad Clerum & populum Constantinopolitanum de depositione Nestorij.



SANCTA magnæque & vniuersalis Synodus gratia dei collecta in Ephesiorum metropoli, dei cultoribus & reuerentissimis presbyteris & diaconibus & omni Clero ac populo sanctæ dei ecclesiæ Constantinopolitanæ, in domino salutem. ¶ Venimus ad nuntium nimis ingemiscendum. Primum quidem in hoc quod actû est flentes, ex necessitate verò & ne plurimi impietatis peste caperetur ad abscindendum ægritudinis huius auctorem. Remotus enim est Sacerdotio Nestorius, opus suæ impietatis effectus, cuius testes vos estis ex præsumptis apud vos eius crebris allocutionibus. Argumentum quoque malorum est etiam quam hic protulit blasphemia. Nam neque denunciatum sanctum concilium, neque multitudo horum, qui propter pietatem congregati sunt, retinuit eum ab impetitu, sed adiecit blasphemias crudeliores, duorum mensium & lacte nutritum non pati adorandum, & eum qui fugit in Aegyptum non

XXXII.
extat .i. to.
concil. sub a-
lia versione
inter frag.
huius concilij.

nominandum deum, vt ex hoc omnis, quæ propter nos à saluatore facta est dispensatio penè fieret simplicioribus dubia, vestræ autem orationis fiat opus intente ad deum celebrandæ, vt dignus sede magnæ ciuitatis inueniatur, qui vobis sit futurus episcopus. Regia enim ciuitate piè gubernata, commune omnibus sanctis dei ecclesiis lucrum erit. Cyrilus episcopus Alexandriæ vos in domino saluto dilectissimi atque desideratissimi. Iuuenalis episcopus Hierosolimorum. Philippus presbyter ecclesiæ apostolorum. Archadius episcopus legatus. Proiectus episcopus legatus, Firmus episcopus Cesareæ. Flavianus episcopus Philippensiu. Mennon episcopus Ephesi. Theodotus episcopus Ancyra. Vermianus episcopus Perge. Cùm fuerint qui disposuere Nestorium ultra. c. c. sufficere nobis supra scriptæ subscriptiones.

EPISTOLA CLERI CONSTANTINOPOLITANI AD SANCTUM CONCILIUM.

DEi cultoribus & sanctissimis patribus nostris congregatis secundum præceptum piissimorum imperatorum ex orbe terrarum in Ephesina metropoli, Cyrillo, Iuuenali, Mennoni, Flauiano, Firmo, Theodoto, Achatio, Amphiloto, Eleusio Palladio, Vermiano, Iconio, omniq; reliquo sancto concilio Adalmatico, Tygrio, Samsonio, Maximiano, Ioanne, Euandro, Modestiano, Adelfio,

fio, Philotheo, Eulogio, Balisco, Florëtio & omni Constantipolitano Clero. Semper & à iuuenali ætate in orthodoxo dogmate gloriantes, sanctorum patrum traditum conseruare studium festinauimus. Propterea verò rursus à vestra sanctitate dudum ad memoriam deducti, ex his quæ deo amantissimus & sanctissimus Archiepiscopus Cyrillus scribere nobis dignatus est, gratias professi sumus saluatori Christo. Apertè igitur pro ipsa fide correctionis plurime atque magne manifeste sunt nobis. Vnde etiam depositionem dudum præsentis nobis Nestorij eo quod adulterauit apostolica salubria atque pia dogmata, facta à vestra beatitudine cognoscentes, memoratas cartas à piissimis & Christo amabilibus nostris, imperatoribus Theodosio & Valentiniano, tanquam missas à vobis sanctissimè suscepimus, & coram sancta Dei ecclesia cōgregato omni populo legi mox fecimus. Sciat igitur vestra sanctitas, quia populus consonans nobis factus est, multisque fauoribus & in vestra sancta vniuersaliq; vsus est Synodo, & in triumphatoribus imperatoribus, qui sollicitudinem habuerunt deo amabilis vestræ cōgregationis. Nos autem gauisi quæ præ manibus sunt, scripsimus, & rogamus, vt oret quidem pro nobis sacratissima vestra beatitudo, & curam habeat pro reliqua disciplina sanctæ dei, quæ apud vos est, ecclesiæ. Hoc enim solūmodo reliquum esse perspicit vestra magna recti dogmatis prouidētia, vt omnia ad terminum perducantur domino Iesu Christo

placentem, & nulli alteri nisi vestræ sanctitati omnia, quæ circa nos sunt & piissimis atque Christo amantissimis imperatoribus ascribatur. Dalmatius presbyter & Archimandrita pater monasteriorum orate pro me rogo vestram sanctitatem.

EPISTOLA VNIVERSALIS

Concilij ad Augustos.

XXXIII.
est impressa
inter fragmen-
ta huius con-
cilij. & ita
incipit. Do-
minatio qui-
dem vestra.

Pissimis & deo amantissimis Theodosio & Valentiniano victoribus, triumphatoribus Augustis sancta Synodus, quæ gratia Christi & nutu vestræ potentia congregata est in Ephesina metropoli. Vestra quidem potestas pietatem firmare volens, imperavit sancto concilio quæstionem de dogmatibus facere subtiliorem. Quam etiam fecimus & antiqui traditionem sanctorum Apostolorum & Euangelistarum sequentes, & trecentorum decem octo patrum in Nicæa congregatorum. Quam etiam interpretantes concorditer & vna sententia manifestam vestræ fecimus pietati in ipsis monumētis, quæ gesta sunt, in quibus Nestoriū diuersa sapientem aperte cōperientes dānauimus. Nam neq; Ephesiorū metropoli suum celauit sensum, vt probationibus aliis egeremus, sed clamabat per singulos dies, quæ aliena sunt fidei prædicās apud plurimos dogmata & singula particulatim in gestis monumentorum manifesta vestræ fecimus pietati. Sed amicitias Nestorij pietati præponēs magnifi-

gnificentissimus comes Cādidianus, auditum vestræ pietatis surrepere festinauit, antequam cognosceret subtiliter quæ gesta sunt, vestra potentia, antequam susciperetis monumēta, antequam cognosceretis quæ facta sunt, & studuit sibi placita & grata Nestorio vestræ suggere pietati, antequam cognosceret vestra potentia quod verum est ex lectione gestorum, in quibus ostendimus nullum contra Nestorium odium exercentes, sed ipsa exponētes dogmata pietatis. Quibus comparantes quæ à Nestorio prædicata sunt, habentia increpationem ex litteris Nestorij & epistolis & in publico factis sermonibus, sententiam protulimus sancto Euangelio in medio constituto, & demonstrante nobis præsentem omnium dominum Christum. Supplicamus igitur vestræ potentia, vt nullum suscipere dignemini præponentium hominum amicitias pietati. Nam talem sentientes affectum deo amabilis episcopi Ioannis Antiocheni, tanquam volentis amicitia præstare magis, quam quod vtile est fidei considerare, ex quibus neq; vestræ potentia minas timens, neque zelo motus olim traditæ fidei sanctam distulit Synodum per. x x i. diem post datas Inducias à vestra potentia coacti sumus omnes sancti concilij orthodoxi & solam amātes fidem quærere quæ de pietate sunt: hoc passum & deo amabilem episcopum Ioānem arbitrati quod ostenditur passum & magnificentissimum comitem Candidianum. Non enim omnium est hominum amicitias præponere pietatem. Erat igitur in deo

amabili episcopo Ioanne suspicio nostra nō inanis nec vana. Veniens enim manifestum seipsum fecit sancto concilio, quia quæ Nestorij sunt, sapit, siue amicitiae donans, siue dogmatis illius erroris communicans. Sed quoniam apertè quæ gesta sunt innotescere vestræ potentiae prohibemur, magnificentissimo comite Candidiano nos quidem prohibente insinuare secundum piam rationem quæ gesta sunt, omne verò studiū conferente Nestorio supplicamus vestræ potentiae ad cognoscendū secundū studium domini sancti concilij euocari magnificentissimum comitem Candidianum, & quinque de sancto concilio probaturos corā vestra pietate quæ gesta sunt. Callidi namque sunt qui alia præter piam fidē sapiunt ad obumbrādum errorem, ita vt quidam sanctissimorum episcoporum celat quidem errore à Nestorio caperentur & adiicerētur ei, & his quæ ab eo sunt subscriberent. Qui cum apertè interrogantes eum inuenissent reuelantem suas blasphemias, recedentes ab illo sanctum concilium adierunt ipsam blasphemiam eius manifestam facientes, & nobiscum memoratum Nestoriū condemnantes, vt remaneret apud Nestorium & reuerentissimum episcopū Ioannem Antiochiæ. xxxv i. plus minus, quorum plurimi rei consistentes causis, & sententiam metuentes sancti concilij sunt adiecti Nestorio, quorum etiam vocabula diximus vestræ potentiae. Alij quidē sunt in dogmatum prauitate tanquam pelagiani existentes & contraria pietati sapientes, Alij verò

damnati

damnati iam ante plurimos annos, alij quoque, qui in aliis accusationibus malignis deberēt post probationem multam suscipere à sancto concilio habente omnes totius orbis sanctissimos episcopos vnum idemque sapientes, eo quod & maxima Roma vna sit præsens concilio & qui de Africa sunt per dei cultorem Archiepiscopum Cyrillum, cui etiam suam voluntatem venientes segregati solummodo loco & eius & omnium nostrum sententiae consenserunt. Neque enim subuenit aliquis Nestorio & reuerentissimo episcopo Ioanni, nisi & ipse callidus existeret sub schemate sermonum suam celare impietatem, & qui nunc cum eo sunt timuerunt à sancto concilio futuram super se multam decerni. Nos autem scribere vestræ potētiae latitudinem horum quæ passi sumus à magnificentissimo comite Hyreneo breuiter nō potuimus, qui omnem sanctam Synodum cōturbauit, & terrorem imposuit sanctissimis episcopis per tumultus quosdam extraneasque concursiones, vt etiam plurimi nostrorum circa ipsam periculum paterentur vitā. Sed etiam particulatim edocebimus vestram serenitatem, si nobis quid poposcimus præbeatur à vestra pietate, vt venientes quinque à sancto concilio, quæ per singula disposita sunt vestram potentiam doceant. Et congregati quidem regulareque proferentes contra hæreticum Nestorium decretum damnationis sumus vltra. c. c. ex omni terrarum orbe collecti nobiscum pariter decernente omni etiam occidente. Subscripsimus au-

M iij

tem pauci huic relationi præsentibus vniuersis atque consentientibus, eo quod præcipuè festinaret deuotissimus Palladius Magistrinus, & non sustineret moram subscriptionis vniuersorum. Deus qui super omnes imperium vestrum multis annorum curriculis cõseruet, piissimi victores semper Augusti. Flauianus episcopus Philippesum subscripsi. Et sunt nomina eorũ contra quos scriptũ est ista. Ioannes Antiochiæ Syriæ. Macharius Alexander, Apringius Alexander, Elladies Ioannes, Musæus Helladius, Alter Helladius, Gerontius, Antiochus, Petrus, Iacobus, Himerius, Eucherius, Stranguilus, Iulianus, Diogenes, Plangon, Theodoritus, Melicius, Paulus, Marcellinus, Maximus, Dexianus, Asterius, Dorotheus, Zeuenas, Fritilas, Theosebius Anastasius, Basilius. Isti soli cõmunicatores impiorum dogmatũ Nestorij, circumeuntes per ciuitatem turbas & seditionem mouent, ordinationes permittentes, ita vt omnes qui in ciuitate orthodoxi sunt, ex hoc timoris suspensionẽ habentes, eos ab illicito conamine prohiberent.

LIBELLI OBLATI SANCTO CONCILIO à sanctis episcopis Cyrillo Alexandrino, & Mennone Ephesino.

XXXV.



OST consulatum dominorum nostrorũ, Flauij Theodosij, XIII. & Flauij Valentiniani, III. perpetuorum Augustorum xvii. Kal. Aug. congregata

gregata Synodo in metropoli Ephesi per sanctionẽ à deo custoditorũ principũ residentibus in sancta ecclesia, quæ vocatur Maria, viris reuerentissimis & deo amatissimis episcopis Cyrillo Alexandrino obtinente etiã locum sanctissimi & beatissimi Romanæ ecclesiæ Cælestini Archiepiscopi Esychius dixit: Romma sanctissimus archiepiscopus Alexandriae sanctæ ecclesiæ Cyrillus, & sanctissimus episcopus Ephesi Mennon libellos obtulerunt sanctissimæ & vniuersali Synodo, quæ decreto deo amabilium Principum in hoc metropoli congregata est. Quos præ manibus habentes, si iusserit sanctitas vestra, legemus. Iuuenalis episcopus Hierosolymitanus dixit: Legantur oblata libelli à sanctissimis episcopis Cyrillo Alexandrino & Mennone Ephesiorum, & inferantur gestis. Esychius diaconus legit. ¶ Sanctæ Synodo, quæ per gratiam dei & decretum à deo amatorum & deum amantium principum cõgregata est in hac Ephesi metropoli Cyrillus Alexandrinus episcopus, & Mennon episcopus eiusdem Ephesi. ¶ Pia sanctio deo amatissimorum Principum in hac metropoli, & nos & vestram sanctitatem conuenire iussit, vt recta & apostolica defunctio communi sententia confirmaretur, & examinaretur nouiter assumpta heresis à Nestorio. Sed vestrum sanctum concilium rectè & regulariter faciens omne, conuenit in hanc sanctam ecclesiam huius Metropolis. Vocauit autem prædictum Nestorium, vt ingrederetur ad concilium, & satisfaceret de his, quæ in

*Ab hoc loco
Est impress.
inter fragm.
huius concilij
I. to. concilior.
sub alia trãf-
latione & sic
incipit. Pii
Imperatorũ
decretum.*

expositionibus blasphemavit & in propriis epistolis, impias & erroneas voces emittens contra omnium nostrum saluatorem Christum. Tertio autem vocatum & nolentem occurrere ob hoc quod cum mala cōscientia percellebat, leges ecclesiasticas sequēs sancta Synodus eum damnationi subiecit, omnibus de eo subtiliter examinatis, cum eis satisfactum fuisset, quod hæreticus blasphemus esset. His ita gestis & relatis ad notitiam piissimorum principum, tandem aliquando Ephesum & quando voluit veniens Antiochenus Ioannes cōgregatis quibusdam sicut didicimus eorum, qui secundum Nestoriū sapiunt, ex quibus quidam olim sunt cōdemnati, alij autem nec ciuitates habentes, & sunt nomine tantū episcopi tanquam indignè tanquam ferens, quia glorificatus est Christus iustam damnationem perferente eo, qui in eum blasphemauerat, nescimus quemadmodum, si tamen omnino verus rumor est omnem legem conculcans ecclesiasticā, & iniurians omnem consequentiam impiam & non legitimam construxit chartam. Putānsque nos damnationis nomine posse percelli contumeliis intolerabilibus affecit, dum hæc quæ Nestorium damnauerat Synodus, plus. c. c. habuerit numero episcopos, illo autem congregante hæreticos alios & inculatos. x x x. ferè numero, & neque ex constitutis ecclesiasticis neque ex sanctionibus imperialibus habens potestatem aut iudicare quenquam nostrum aut omnino aliquid tale tentare, maximè contra maiorem sedem, dum

dum vtique & si eum liceret iudicare, conuenerat regulas sequi ecclesiasticas, & nos qui contumeliis affecti sumus cum hac vniuersa nostra Synodo vocare ad satisfactionem. Nunc autem horum nihil excogitans, neque timorem dei in animo habens eadem hora qua Ephesum ingressus est occultè & nullo nostrum omnino sciēte, quæ præsumebātur suum delusit caput, & nè dicamus ecclesiasticas leges sententias condemnationis iniuriat nos, qui nescimus vsque ad hodiernum diem, vel qualem habuit ad hanc rem occasionē. Quoniam igitur consequens est non sic calcare ecclesiasticas leges, nec inaniter contra potiores insurgi, aut talia occultè præsumi, quæ non fuerint cōtra aliquem vnum vltimum ecclesiæ gradum tenentem, & sub eius potestate cōstitutum, hic autem sunt illi, qui hoc cum eo egerunt, necessariò offerimus vestræ reuerentiæ istos libellos, adiurantes nos per sanctam & cōsubstantialem trinitatem, euocari & ipsum Ioannem, & qui cum eo facinus operati sunt, vt veniētes ad sanctam Synodum satisfaciāt de sua præsumptione. Parati enim sumus conuincere eum iniustum & non legitimum contra nos iniuriæ facinus admisisse. Achatius episcopus militenfis dixit: Ex abundanti est quidem de accusatis suspicio, siue & ipsa vera sit, & super abundans petitio sanctorum & deo amabilium episcoporum Cyrilli Alexandrini & Mennonis Ephesij. Neq; enim possibile erat, qui seipso à sancta Synodo subtraxerunt & adiecerunt se eis, qui malæ sectæ Nestorij

sunt coniuncti, & sub crimine tanto & tali facti præsumere cõtra priores vniuersalis huius sanctę Synodi aliquid agere, nullam omninõ habentes authoritatem. Quoniam autem placuit vestrę sanctitati, & poscitis eos ad iudicium trahi, admonitus per reuerentissimos episcopos Archelaum, Paulum, & Petrum, princeps huius discessionis Antiochenus episcopus Ioannes, de quibus incurfatur, satisfaciat, qua ratione talia præsumpsit. Et cum per exissent Archelaus episcopus Myndi, Ycarię prouincię, & reuersi fuissent, Firmus episcopus dixit: Doceant reuerentissimi episcopi, qui mandatum ministrare ad reuerentissimum episcopum Ioannem deputati sunt, quod ab eo reipõsum acceperunt. Paulus episcopus Lampe dixit: Misi à vestra sancta Synodo ad reuerentissimum episcopum Ioannem Antiochenum proximi facti domui eius, Vidimus multitudinem militum, & alios quosdam armatos gladiõsque portantes, qui non concedebant nobis Ioanuç propinquare. Vix autem vicini sumus facti cum multa à nobis dicta essent, quia pacifici sumus, num quid multitudo sumus tres directi sumus, suscipite nos, sancta Synodus misit nos ferentes verba pacifica causa canonicę rei ad reuerentissimum episcopum Ioannem. Multis autem circumstantibus agnoscens causam, pro qua directi sumus, non suscepit nos. Multa verõ à pluribus dicta sunt, inter quę & blasphema erant contra sanctam Synodum, & contra orthodoxam fidem, quę subtiliter

liter exsequi propter turbam ibi factam non possumus. Archelaus episcopus Myndi dixit: Grandem tumultum & periculum propè pertulimus, cum venissemus ad domum reuerentissimi episcopi Ioannis militibus gladios denudantibus & fustes tenentibus & interminantibus nobis & multitudine alia circunstante. Et cum multum rogaremus vt nunciaremus, nescimus pro qua causa non sumus suscepti, Petrus episcopus parenibolon dixit, Cum venissem & ego cum reuerentissimis episcopis ad domum reuerentissimi episcopi Ioannis, multis militibus arma portantibus & nudantibus & circundantibus & aliis pluribus, qui cum eis erant ibi tumultum facientibus & interminantibus nobis & blasphema verba dicentibus cõtra orthodoxam fidem, & contra sanctam ac deo amabilem Synodum vestram rogantes nunciari, & a sancta Synodo indicta nobis verba reuerentissimo Ioanni episcopo dicere, non sumus suscepti, agnoscente sicut arbitramur reuerentissimo Ioanne episcopo causam, pro qua misi fuissetus. Aderant enim quidam clericorum eius, quibus diximus quia à sancta Synodo misi fuissetus. Nullus autem nos suscipi permisit. Cyrillus episcopus Alexandria dixit: Peruidet sancta vestra Synodus, quia ego quidem & reuerentissimus episcopus Mennon hic sumus puram habentes conscientiam, & opinionem nostram parati defendere. Sed vt videtur vna meditatio est tam hæretico Nestorio quam defendenti eius in qua dogmata Ioanni

CONCILIVM

Antiocheno contra sanctæ ecclesiæ superbire leges, qui dum vocati essent, vt satisfacerent pro delictis suis armis suas circundedere domos, & inadibiles eas ostenderunt, regulariter vocantibus ad satisfactionem eorum, quibus obnoxij sunt. Quoniã autem prædictus Ioannes metuens suũ delictũ varias occasiones dilationis adinuenit, sicut est videre ex his, quæ docuerunt reuerentissimi episcopi magis autem sicut dixi, madibilem transmissis à sancta Synodo domũ suam præparans, apparet seipsum condemnans & proprias præsumptiones accusans per ea, quæ formidat, & metuit venire ad hoc sanctum magnumque concilium. Dignetur igitur vestra sanctitas insurreptibiles habens auditus & naturã rei considerans ea quæ contra nos ab illis iniustè præsumpta sunt, legitimis exterminare sententiis, & definire quæ videntur contra eum, qui talem nobis iniuriam inferre præsumpsit. Iuuenalis episcopus Hierosolimitarum dixit, Oportebat quidem reuerentissimum episcopum Ioannem cogitantem sanctam & vniuersalem hanc Synodum confestim ad satisfactionem illatorum sibi occurrere, & sedi apostolicæ, quæ vobiscum confidet magnæ Romæ, & apostolicæ Hierosolimitanæ sanctæ ecclesiæ obedire, & honorem defendere, apud quam maximè sedem Antiochenam mos est ex apostolica consequentia & traditionem regimen & agi apud eam iudicari. Quoniam autem consueta superbia vsus domum suam armis circundedit per milites &

priuos,

EPHESINVM.

96

priuos, sicut deponentes reuerentissimi episcopi à sancta Synodo directi nobis insinuauerunt canones nos sequentes, & rectitudinem conseruantes iterum in sanctis cum admonere definimus. Eunt igituralij reuerentissimi episcopi cum eadem priore modestia admoneant eum venire ad sanctam Synodum, & respondere ei illatis. Et cum illent Timotheus episcopus Permesi & Eudociadis, & Eustachius episcopus Docimi, & Eudoxius episcopus chomatis & reuersi fuissent: Eudoxius episcopus Chomatensis prouinciæ Licie dixit. Secundum iussionem vestræ reuerentiæ cum venissemus ad domum reuerentissimi episcopi Ioãnis Antiochiæ, inuenimus milites circa domum eius cum gladiis nudis & clericos aliquos. Rogauimus autem clericos dicentes, Misisti sumus à sancta Synodo nunciare quædam verba episcopo Ioanni, & dignamini nunciare nos. Illi autẽ intrantes & ista nunciantes, cum reuersi fuissent, dederunt nobis responsum, dicentes: Quia dixit episcopus Ioannes nos hominibus à nobis depositis & excommunicatis responsum nullum facimus. Cùm autem Interrogaremus à quibus depositi & excommunicati essemus, dixerunt: Ab episcopo Antiocheno Ioanne. Cũ autem persisteremus subtiliter agnoscere, dixerunt, quia præsentibus tabulariis dicere hæc non recusamus. Timotheus episcopus Permesi & Eudociadis dixit: Sicut religiositas vestra iussit, fuimus ad domum religiosissimi episcopi Ioãnis. Et cũ inuenissemus ante ianuas,

clericos stantes nunciauimus deprecantes suscipi, & coram dicere, quæ nobis fuerant deman- data. Intrans autem illi hoc nobis responsum dederunt, quia nos excommunicatis & depositis responsum nullum damus, nec laborēt vocantes nos assidue. Eustachius episcopus Docimi dixit: Secundum iussionē vestræ sanctitatis cum venissemus in domum, in qua manet reuerentissimus episcopus Ioannes Antiochenus, ibidem inuentis clericis monuimus nunciari, quia oporteret nos loqui venerabili episcopo Ioanni, & dicere quæ ab hac sancta Synodo per nos mandata sunt ei. Hij autem cum intrassent & reuersi fuissent ad nos, dixerunt, quia nos & deposuimus eos & excommunicatos fecimus, & ne laborarent vocantes nos. Tentauimus autem agnoscere nomina eorum qui ingressi sunt, nunciare & dicere noluerunt, dicentes, clerici sumus, & non tabularij. Cyrillus episcopus Alexandriae dixit, Dominus noster Iesus Christus, qui & nūc sanctæ Synodo præsto est, rerum naturas manifestas nobis constituit, dicens, quia omnis, qui praua agit, odit lucem, & non venit ad lumen, ne arguantur opera eius. Hæc passum & nunc Ioannem Antiochenum vestra omninō sanctitas & sapientia videt. Si enim sibi conscius esset aliquid egisse contra nos canonicè & deo placite, quoniam non eum oportuerat venire alacriter ad hanc sanctam & vniuersalem Synodum, vt per sententiam vestram assignatū eius conamen maximè aduersum nos firmaretur, si quæ
acta

acta sunt, secundum ecclesiasticas leges acta essent. Quoniam autem timet sinceritatem huius sanctæ & magnæ Synodi, & scit impiè & contra leges se nos iniuriis affecisse, recusat venire, ne congruæ suæ temeritati patiatur pœnam & indignationem. Celat enim quæ commisit, & erubescit nobis iudicātibz suam iniustitiam publicare. Vnde petimus pronunciare hanc sanctam Synodum, ex hoc nullam iam firmitatem ab illo præsumpta contra nos habere. Vocatus autem denuò, pro his, quæ iniustè commisit legitimam & iustam sententiam & canonum sustineat. Menon episcopus Ephesi dixit: Irregularis sententia Ioannis episcopi Antiocheni, & eorum qui simul cum eo facillè numerabiles sunt, in quibus nouiter & contra leges ecclesiasticas excessit vestræ sanctitati manifestata est, vnde & nos, quæ ab illo præsumpta sunt contra nos per libellos docuimus vestram sanctitatem, & libenter moti vocastis per sanctissimos episcopos adesse his, quæ ab eo contra leges ecclesiasticas, magis autem contra consequentiam ecclesiasticam commissa sunt, & satisfaceret, in quibus contra canones temere egit. Sed fragili conscientia vsus, euocatus noluit obedire. Pro hac causa sanctam & vniuersalem vestram rogamus Synodum, illa quidem, quæ ab illo iniustè acta sunt, & qui cum eo facillè numerabiles sunt, ex quibus quidam hæretici existunt, quidā autem nec ciuitates habent, & hij multis causis obnoxij sunt, irrita perse ipsa & infirma existentia, quia ad iniuriam di-

disciplinæ canonum sunt presumpta, dissoluere & iam per sententiam sancti vniuersalisque concilij, & nostram probantes perseuerantiam circa orthodoxam fidem, quam à sanctis patribus suscepimus, definire contra illos quæ videntur. Sancta Synodus dixit: Nullam firmitatem nec consequentiam habere quæ acta sunt, in omnibus inordinate Ioanne moto, ex gestis manifestatur. Vtiq; enim si confideret, vocatus à sancta Synodo adesset his, quæ ab ipso inuoluta sunt, si quam rationabilem consequentiam habuissent gesta. Vnde nec hæc quidem à principio valida, neque regulari facta ratione, sancta Synodus infirma esse constituit, dum nulli eorum, qui iniuriam pertulerunt, præiudicium inferre possint. Consequentia autem & quod ad se pertinet, faciet sancta Synodus. Quæ hodierno die acta sunt, referet ad noticiam piissimorum & Christo amabilium principum, vt nullatenus ignorent, quæ temerè ad iniuriam sanctæ Synodi presumpta sunt. Episcopus autem Ioannes & tertia vocatione vocatus si non occurrerit statim secundum regulas in eum sancta & vniuersalis Synodus decernet.

Post cōsulatum dominorum nostrorum Flauij Theodosij xxi. & Flauij Valentiniianii xli. perpetuorum Augustorum. xv. Kal. Aug. sancta Synodo venerabilium episcoporum residente in ipsa ecclesia, quæ vocatur Maria, Cyrillus episcopus Alexandriæ dixit: Die superiore sanctitate vestra hic confidente, presentibus au-

tem

tem & legatis, quia magna Roma transmissi sunt, siue vicem agentibus sanctissimi & reuerentissimi episcopi Cælestini libellos obtulimus tã ego, quàm reuerentissimus episcopus Mennon huius Metropolitanæ vrbs, petentes hanc sanctam & vniuersalem Synodum vocari Ioannem Antiochenum, & qui cum eo contra nos iniuriam composuerunt, & quasi depositionis nomine vti presumpserunt, vt præsentibus satisfacerent, & suo sine claustris ori aut iniustis conatibus adessent. Omnia autem consequenter & regulariter agens vestra reuerentia prima & secunda vocatione vocauit eos, venerabiles dirigens episcopos secundum fidem, quæ in his gestis continetur. Illi autem his, quæ ab ipsis presumpta sunt, dum rationem aptare non possunt, nec quidam satisfactionis modum inueniunt. Alioquin festinarent ad hanc sanctam & magnam Synodum, quæ egerunt defensuri. Rem fecerunt turpem & tumultuosam, & vulgo dignam. Oportuerat enim si voluissent huic magnæ Synodo aliquid manifestare, venire magis cum disciplina & cum digna Christiani honestate, & dicere quæ cõuenit & audire, dum utique nullus eos à talibus prohiberet. Neque enim steterunt milites ante sanctam Synodum, sicut ante domos, in quibus sunt cartulam componentes insolentia simul & ignorantia plenam, quam & publicè proposuerunt vniuersam in tumultum magis autem ad reprehensionem inconsiderationis suæ excitantes ciuitatē. Si igitur hæc egerunt, vt contristaremur videntes dehonestata-

N ij

CONCILIVM

tem opinionem fratrum & derisam ab omnibus sufficienter nimis contristati sumus. Hoc enim agentes crebrò derisi sunt. Si verò sicut in proposita ab his cartula continetur, tanquam principes nos sectæ Apollinaris factos, aut quæ ille sapuit, nos sapisse vbicunque cõuincere possunt, & nunc percellant, redarguant, & ostendant nos hæreticos si possunt, & non verbis perperam vanis iniurient, considerantes diuinam indignationem. Dixit enim alicubi deus omniũ iudex, quia testis mendax non erit impunitus, & per vocem beati Dauid sedens contra fratrem tuum detrahebas. Nos enim nec ea quæ sunt Apollinaris sapuimus alicubi, neque Arrij, neque Eunomij, sed à parua ætate sacras litteras didicimus, & in manibus patrum educati sumus orthodoxorum & sanctorũ, anathematizamus autem Apollinarem & Arrium & Eunomium & Macedonium, Sabellium, Photinum, Paulum & Manicheos, & aliam hæresim omnem, insuper autem nouarum blasphemiarum inuentorem Nestorium, & qui his communicant & similiter sapiunt, & qui sapiunt, quæ Cælestij siue Pelagij sunt, nobis nunquam quæ illorum sunt alicubi sapientibus. Nec modo per pœnitentiã volentes recta sapere peruenimus, sed sicut prædixi, enutriti rectis & apostolicis ecclesiæ dogmatibus. Quoniam autem decet eos, qui semel ad sacerdotiũ destinati sunt veraces apparere, & illa dicere, quæ sciunt ita se habere, & nunc rogamus sanctam hanc & magnã Synodum euocare regulariter tam ipsum Ioan-

nem

EPHESINVM.

99

nem Antiochenum, quàm qui cum eo apud nos calumniam construxerunt. Consequens enim est & necessarium præsumentes aut hæreticos nos demonstrare, & quæ Apollinaris sunt sicut dicunt sapientes, aut venire recusantes, & cõuincere negligentes hoc ipso culpari maximè qui sicut iterum in proposita ab ipsis cartula scriptum est friuolas calumnias ad aures piissimorum principũ pertulerunt. Decet autem vestram sanctitatem plurimam curam habere, nullis falsitatibus aures piissimas ventilari, scientem quod dictum est à sancta scriptura. Nullum mendacium ex lingua regi dicatur, & nullum mendacium ex ore eius procedat. Sancta Synodus dixit: Recta est & nũc petitio reuerentissimorũ & sanctissimorum episcoporũ Cyrilli Alexãdrię & Mennonis Ephesi, vnde hodierno die euntes reuerentissimi episcopi Daniel & Commodus & Timotheus cũ anagnostico admoneant reuerentissimum Ioannem Antiochenum episcopum, vt veniens simul cum his, qui incusati sunt cum eo, satisfaciant pro his, quibus incusantur. Et ierunt reuerentissimi episcopi, Daniel Coloniz, & Commodus tripolis Lydiæ, & Timotheus Helleponti cum Musonio Notario cum anagnostico sic habente: Quoniam pacificè ea, quæ canonica sunt, facere vult sancta Synodus sancta à vocatione vocauit reuerentiam tuam, & non obedisti, vt aut astrueres ea quæ per iniuriã intulisti, aut corrigeres. Huius regi gratia tantisper sancta Synodus nihil episcopale agere te concedit ex propria sententia,

N iij

neque aliquem qui tecum est. Si autem hanc tertiam vocationem audiens non affueris, quæ videntur canonibus circa vos definientur. Et cum redissent, Daniel episcopus dixit: Profecti sumus, quod præcepit vestra reuerentia, id est, ad domum reuerentissimi episcopi Ioannis. Et longius quidem de iumētis descendimus, cum multis autem precibus mandauimus clericis, quia venimus directi à sancta Synodo. Inuenimus autem ibi stantem Asphalium presbyterum, qui quidem est Antiochenæ ecclesiæ, defendit autem Constantinopoli res eiusdem ecclesiæ. Hic nos adduxit prope domum, in qua manet reuerentissimus episcopus Ioannes, & nobiscum prohibuit impetentes. Militibus autem gratias agimus. Quoniam enim agnouerunt reuerentissimum episcopum Commodum, eò quod in vrbe eius constituti sunt, compresserunt omnes, qui contra nos impetum faciebant clericos. Nunciante autem Asphalio & aliis clericis descendit ad nos archidiaconus, nomen quidem eius nescimus, est autem imberbis homo, pallidus, parui corporis & offerens cartam nobis, dicebat quia sancta Synodus vobis transmisit, vt hoc suscipiatis. Diximus autem nos: Mandati sumus dicere, quæ à sancta Synodo dicta sunt, non autem suscipere scripturam. Neque enim nos cartam detulimus, neque suscepimus cartam. Mandatum autem pacificum detulimus. Rogat autem sancta Synodus considerare sanctum Ioannem, & occurrere ad sanctam Synodum. Respondit nobis Archidiaconus. Er-

go

go expectate, vt nunciem ista episcopo. Reuerlus est, & obtulit nobis iterum ipsam cartam, dicens hoc: Neque vos mittatis ad nos, neque nos ad vos mittimus. Præceptum enim expectamus à Principe, quia semel ibi, quæ nobis visa sunt retulimus. Nobis autem dicentibus audite verò verba sanctæ Synodi exiliit dicens: Non suscipitis cartam, nõ audio verba Synodi. Hæc ita sunt. Deducente autem nos Asphalio & Alexandro presbyteris, diximus hæc, quia sancta Synodus viscera pacis & charitatis & bonitatis ostendit circa sanctum Ioannem, maximè autem quia vocatus venire noluerit, iudicauit eum nihil sacerdotale agere. Tertia autem vocatione rogat eum conuenire, nè cogatur canonicum contra eum aliquid proferre. Commodus episcopus tripolis Lydiæ prouinciæ dixit: Consona prædictis à reuerentissimo episcopo Daniele & nos & vidimus & deponimus. Timotheus episcopus Termæ Heilesponti dixit: Consona prædictis à reuerentissimo episcopo Daniele & nos & vidimus & deponimus. Sancta Synodus dixit: Rectè & nunc admonitio facta est à reuerentissimis episcopis, Daniele, Commodo, & Timotheo & Callisam asserentibus, pro qua directi fuissent, & ad sacerdotum notitiam referentibus, vt nullatenus reuerentissimus episcopus Ioannes ex his, quæ ei mandata sunt, & nullo vti posset consilio excusationis ad ignorantiam pertinentis. Cyrillus episcopus dixit: Quia præsto sum & nunc expectans rationē cum reuerentissimo episcopo Men-

N iij

CONCILIUM

none de his, quę in nos commisit contra sanctio-
nes ecclesiasticas & cōtra omnem rationem An-
tiochenus Ioannes sancta vestra Synodus per-
uidet, & dubium non est, quia si nos timeremus
ab his conuinci, non hac fiducia fuisset vti, vt
rogaremus tertia hac vocatione inuitari prædi-
ctum venire, & vti quibus vellet contra nos ver-
bis. Quoniam autem differendo confingit varias
atque alias ex aliis occasiones adinueniens, qui
enim capitur, natat verbis, sicut scriptura ait, con-
sequens est sanctā hanc & vniuersalem Synodū
ea, quę ecclesiasticis legibus videntur pronūcia-
re. Sancta Synodus dixit: Oportebat quidem re-
gulariter motam hanc Synodum propter iniurias,
quę contra sanctissimum & deo amabilem archi-
episcopum Cyrillum & reuerentissimum epi-
scopum Mennonem factę sunt ab Antiocheno
Ioanne & ab his, qui cum eo sunt, post tertiam
hanc vocationem à nobis factam, cui obtempe-
rare nullatenus passus est nec occurrere ad con-
cilium sanctę Synodi, & manifestas causas affer-
re, pro quibus contra constituta & canones ec-
clesię ad hanc irruerit nouitatem, dignam tanta
arrogantia contra eum & eos, qui cum ipso sunt,
proferre sententiam. Quoniam autem episcopa-
lis bonitatis operā esse putauimus patienter por-
tare ea, quę facta sunt, interim quidem in præ-
senti sicut iam depositum est, alienus sit tam ipse
Ioannes, quàm hī, qui cum ipso facinus operati
sunt. Ioannes Damasci, Alexander Apamię, De-
xianus Seleutię, Alexander Hierapoleos, Hime-
rius

EPHESINUM.


101

rius Nicomedię, Fritilas Heraclię, Helladius
Tarsi, Maximinus Anazarbi, Dorotheus Marci-
nopolis, Petrus Traianopoleos, Paulus Emisię,
Polichroneus Heracliensis ciuitatis, Eucherius
Thianeus, Mellicius Neocæsareę, Theodoritus
Cyri, Apringius Calcidos, Macharius Laodicię,
Zosus Rebuntis, Salustius Cyricilię, Hesy-
chius Castabale Cilicię. Valentinus Mutublac-
ces, Eustocheus Parnasi, Philippus Theudofinó,
Daniel, Iulianus, Cyrillus, Olypius, Diogenes,
Thephanus, Philadelphus Pollios, Tarianus
Augustę, Aurelius Hyronopolis, Musius Aradi,
Helladius Ptolomaidis ab ecclesiastica commu-
nitione nullam habentes licentiam, vt ex auctori-
tate sacerdotali possint alicui nocere aut prodes-
se, donec seipso reprehendentes suum confi-
teantur delictum, scientes quod si celeriter hoc
non egerint, perfectam à canonibus contra se
sententiam prouocabunt, manifesto & illo con-
stituto, quoniam nec illa, quę iam prius ab ipsis
iniuste & contra canones in iniuriam reueren-
tissimorum & sanctissimorum episcoporum &
præsidium ecclesię Cyrilli & Mennonis facta
sunt firmitatem aliquam habebunt, secundum
quę iam prius & præterita disposita sunt. Refe-
rantur autem omnia, quę gesta sunt piissimis &
christianissimis ac victoribus à deo custoditis
principibus, vt agnoscant, quę secuta sunt. Iuue-
nalis episcopus Hierosolimorum subscripsi. Ar-
chadius episcopus & legatus apostolicę sedis
subscripsi, Proiectus similiter, Philippus presby-

ter subtiliter, & omnes reliqui.

EXEMPLAR RELATIONIS
sancti concilij ad Imperatores
de orientalibus.

XXXVI.
extat impres-
sum in frag-
mentis concilij
sub alia
versione.



Dissimilis & deo custoditis, Theodosio & Valentiniano, victoribus & triumphatoribus semper Augustis. Sancta Synodus, quæ per gratiã christi & nutu vestræ potentiaë cõgregata est in Epheso Metropoli. ¶ Quæ quidem imperata sunt sanctæ huic Synodo auram serenitate ad finem conuenientem perducta sunt, & hoc notum vestræ pietati statuimus, & apostolicã fidem, quam ccc. x. & viii. in Nicæa congregati exposuerunt, manifestam vestræ facimus pietati, & contra eam sapientem Nestorium deposuimus tam à sacrificio sacerdotali, quàm à confidentia prædicandi suam impietatem. Quoniam autem pauci quidam præcorruptam habentes voluntatem de doctrina Nestorij dum in ea permanerent, & eos, qui sub culpa positi erant secum assumpserunt, adiecto eis & reuerentissimo episcopo Ioanne Antiochiæ, aut propter contentionem aut propter humanam amicitiam, & vniuersi xxx. facti tantum antequam satisfacerent, pro quibus incusabantur excessibus seipso Synodum appellauerunt vestra pietas duas Synodos fieri iussisset, non vnã quæ deberet & fidem euangelicã cõfirmare, & corrupta sapientes ab ecclesiastico ministerio

ministerio remouere. Sed vt diximus supradicti priusquam satisfacerent, de quibus incusabantur pauci seipso continentes, & auditorem suæ insolentiaë assumentes reuerentissimum episcopum Ioannem, & ipsum metuentem pro tarditate reatum subire, sicut didicimus per quorundam rumorem, ausi sunt extra omnem rectitudinem ecclesiasticã & extra canones contra sanctam Synodum, & contra caput congregatorum sanctissimorum episcoporum Cyrillum dicimus Archiepiscopum, nec non & reuerentissimum episcopum Mennonem, proferre blasphemiam, sicuti putauerunt iniuriam depositionis habentem, dum nullã accusationem ab aliquo suscepissent, nec accusatorem expectantes, nec quidem vocantes aliquem ad Iudicium, sed ante iudicium & inquisitionem hanc iniuriam scriptis euomentes ad vestram tranquillitatem perferre præsumperunt, quæ sic irrationabilia sunt, tanquam vestra pietas ignoret, quia vna Synodus vniuersitatis est, & non vltius dici possit Synodus eorum, qui sub culpa reciderunt, paucorum subuersione, qui seipso propter timorẽ increpationis diuiserunt à sancta Synodo. Neque enim culpam reprehendentes iniuriam præsumperunt, sed de quibus incusati erant forsitan satisfactionem non habentes, & seipso paucos videntes & formidantes ne post redargutionem sententiam susciperent, processerunt in temeritatem, & hoc putauerunt facere, quod se sperauerunt sustinere conuictos. Sed hoc visum est nobis tanquam

CONCILIVM

irrationabile contemnendum. Quoniam autem usque ad vestram tranquillitatem perferre ausi sunt suam irrationabilem insolentiam, & quod contra leges & canones & omnem consequentiam ecclesiasticam ab ipsis actum est mandare vestrae pietati praesumpserunt, non amplius dissimulauimus irrationabilem illorum impetum, sed iterum sequentes formam canonum conuocauimus reuerentissimum episcopum Ioannem, qui talia cum caeteris contra praedictos praesumpserat. Neque enim illi confiderent ad tantam insolentiam peruenire sub culpa positi pauci nisi temeritatem reuerentissimi episcopi Ioannis Antiocheni praesumerent. Congregati igitur nos libellis nobis oblatis à sanctissimo & deo amabili archiepiscopo Cyrillo & venerabili eo episcopo Mennone, euocauimus praedictum Ioannem ut vel nunc diceret culpam, pro qua ad tantam iniuriam progressus esset contra primos sanctae Synodi. Qui semel & secundo & tertio euocatus, ut diceret causam, venire ad Synodum non passus est non habens irrationabilem causam suae praesumptionis. Militibus autem & armis circumdatis domum suam, neque missos à sancta Synodo sanctissimos episcopos suscepit, nec competenti responso dignam indicauit congregatam sanctissimam Synodum. Unde cognoscentes illum non confidere suis satisfactionibus ab ipsis quidem superflue & vacue per garrulitatem facta, & contra omnem consequentiam canonum, & scripta tam contra sanctissimum archiepiscopum Cyrillum, quam contra reuerentis-

EPHESINVM.

103


reuerentissimum coepiscopum Mennonem, irrita & cassata omnibus modis esse decreuimus. Iudicium enim quod nihil habet canonicum neque iustum, nihil aliud habet quam maledictum. Sic igitur irregulariter tam ipsum, quam qui cum eo fuerunt agentes, & extra consequentiam ecclesiasticam, extra communionem tantisper esse decreuimus; compescentes eorum irrationabilem petulantiam, donec venientes de his, quae commiserunt temerarie satisfaciant sanctae Synodo. Quae igitur constituta sunt necessario ad vestram pietatem retulimus, supplicantes ut neque Synodus iudicetur cæus eorum, qui sub culpa facti sunt, quia & antea in sancta & magna Synodo trecentorum decem & octo. In Nicæa congregatorum quidam sic discesserunt ab illa magna Synodo, metuentes eius sententiam, nec illos iudicatos esse Synodum à magno & diuinae memoriae Imperatore Constantino, sed iussos poenam soluere, quoniam desistentes illorum sanctorum episcoporum consonantiam respuerunt, mala sicut isti & illi conscientia vsi. Illicitum est enim Synodo trecentorum decem octo episcoporum, quibus cuncta multitudo sanctorum occidentis consensit, & per eos reliqua turba orbis terrarum repugnare xxx. solos, è quibus quidam olim damnati sunt, aliquanti autem Cælestij malae sectae, aliquanti vero anathemati subditi propter quod Nestorium sint secuti. Sed iubete quae ab vniuersali Synodo ad continentiam pietatis definita sunt contra Nestorium & impium eius dogma suam habere firmi-

CONCILIVM

tatem, corroborata nutu & consensu vestræ pietatis. Iuuenalis episcopus Hierosolymorum subscripsi, Archadius similiter, Proiectus similiter, Philippus presbyter similiter, & omnes reliqui.

EXEMPLAR SACRÆ IMPERIALIS MAIESTATIS QUÆ DIRECTA, AD SANCTUM CONCILIUM.

XXXVII.
Extat in 1.
ta. concilior.
impressa in
ter frag. hu.
concily sub
alia transla-
tione.



AEL ESTINO Rufo Augustino, Theodoto, Alexandro, Achatio, Trāquillino, Valentino, Iconio, Ioanni, Vrso, firmo, Himerio, Dexiano, Verimano, Palladio, Asterio, Iuuenali, Flauiano, Helladio, Rabolo, Alexādro Maximo, Fritile Perigeni, Cyro, Ioāni alteri, Eucherio, Hellanico, Bofforio, Cyro alteri, Venantio, Petro, Dynato, Antiocho, Dalmatio, Eusebio, Seleutio, Eleusio, Sapido, Timotheo, pio, Troilo, Erreniano, Monimo, Olympio, Theophilo, Iuliano, Basilio, & reliquis reuerentissimis episcopis. ¶ Quantum circa pietatem & progenitorū fidem Zelum habeamus, ex pluribus p̄cedentibus arbitramur apertè monstrari, maximè verò etiam ex euocatione nuper facta sanctissimi vestri concilij, hoc manifestum omnibus in vn̄uerso orbe terrarum esse credidimus. Non enim ad modicum incumbente quadam dubitatione distulimus, nè celeriter eius solutio sequeretur, sed festinanter cōuenire sanctitatem vestram p̄cepimus & nequaquam æstimantes proprietate laborem, sanctitati vestræ onerosum

EPHESINVM.

107

onerosum fore, leuigauimus tamē Imperiali prouidentia huius difficultatem oportunitate temporis atque loci Ephesiorum nanq; decreuimus ciuitatem, & à terra & à mari venientibus accessibilem, & omnibus suis & superuenientibus fratribus vtilitatem illic commorātibus cum vbertate p̄bentem, quatenus pia nostræ tranquillitatis intentio ac sanctitatis vestræ concilij concurreret, & ad effectum facile perueniret, vnde etiam nunc insitam à vestra sanctitate Nestorij & Cyrilli & Mennonis damnationem suscepimus. Alia verò, quæ apud vos gesta sunt, reprehendimus, Christianam fidem rectitudinēque custodientes, quam à patribus progenitoribus percipimus, & quā sanctissima Synodus sub diuæ memoriæ Constantino facta cōcorditer roborauit. Cur & igitur vnusquisque sanctissimi vestri collegij soluta omni dubitatione & abscessis scandalis cum pace & concordia ad propria remeare, vt autem sanctitas vestra non solum ex nostræ pietatis litteris inuitata ad vn̄animitatem & vn̄uersalis pij dogmatis pacem respiciat, & iam litteras sanctissimi episcopi Berroëe Achatij hoc suadētes, direximus, qui sanctissimo vestro collegio adiici propter longam senectutem nō valens, per ea, quæ scripsit suam beatitudinem decentia, & orthodoxæ religioni profutura exposuit. Quæ quales sint, ipsius epistolæ lectio declarabit. Cognoscat tamē vestra beatitudo, quia magnificentissimum & gloriosissimum comitem sacrorum Ioannē hac causā direximus, vt ipse sciens circa

fidem nostræ dignitatis intentionem, quæ perspexerit vtilia faciat.

EXEMPLAR RELATIONIS SAN-
CTI concilij ad sacram Imperialem.

XXVIII.
Extat i. to.
conciio. ibi-
dem cōtinuo,
sub alia ver-
sione.

PISSIMIS & Christo amantissimis Theodosio & Valentiniano victoribus & triumphatoribus, semper Augustis sancta & vniuersalis Synodus, quæ gratia Christi & nutu vestræ potestatis congregata est in Ephesiorum metropoli. Christo amabile quidem vestrum imperium piissimi principes ab infantia Zelum circa fidem & regulas demonstravit. Qua gratia ex vniuerso orbe terrarum episcopos Ephesiorum apprehendere ciuitatem pia sanctione præcepit. Nunc autem nobis relectæ literæ vestræ tranquillitatis per magnificentissimum & gloriosissimum comitem Ioannem non paruum nobis fecere tumultum, declarantes seductionem quandam atque mendacium veraces vestras aures inquietare, tãquam enim à nobis relationem suscipiēs vestra potentia dānationem habentē sanctissimi & deo amantissimi archiepiscopi Cyrilli & coepiscopi Menonis, sic per literas declaravit. Vnde nequaquam valere mendaciū apud vestræ christianitatis imperium orantes, ac festinātes vestræ referre tranquillitati præsumpsimus, quia vniuersale concilium, quod omnem quidem occidentem cum maxima vestra Roma & apostolica sede secum residentem

dentem habet, omnemque Africam & cunctam Illiricum, non fecit damnationem prædictorum sanctissimorum & deo amabilium episcoporum, neque retulit, sed magis viros istos pro zelo orthodoxæ fidei admiratur, eos plurimi faciens, & apud homines laudans, & apud dominum Christum coronis dignos existimās. Solum verò nefandæ hæresis hominolarū prædicatorem Nestorium damnantes retulimus Christo amabili vestro imperio. Illud quoque nos non modicè contristauit, quod ex subreptione factum apparet, vt recedentes ab vniuersali concilio qui circa Ioannem Antiochenum sunt, & qui cum eis Celestiani atque damnati nostris nominibus miscerentur, & vna ad nos & ad illos sacra dirigeretur, de quibus dudum quidem manifestum vestræ fecimus pietati, quomodo à nobis recesserint, quomodo & etiam ad iniuriam, quæ contra nostros præ fit agentes, & regulas cōculcare præsumperint & excommunicatos ab omni vniuersali concilio pertemeritatem contra nos perpetratam semetipsos fecerint, & quomodo euocati ad increpationem nequaquam obedire sint passi, & quoniā omnino propter hoc excōmunicati & sine operatione ab vniuersali concilio facti sunt. Hæc etiā nunc insinuātes vestro Christo amabili principatui suggerimus, quia propter hanc eorū absurditatem & propter damnati Nestorij eorū nunc vsque certamina, nequaquam ad communionem suscipere passi sumus, neque damnationi Nestorij subscribere patientes, sed etiam quæ

illius sunt apertè sapiētes. Subiecimus autem regulis & propter indisciplinatū eorum contra nostros præfules conamen, & eo quod mentiri & subrepere præsumperunt vestræ pietatis auditibus, & supplicamus deo consecrato vestro Imperio, sanctissimos quidem & deo amantissimos episcopos Cyrillum & Mennonem, reddi sancto concilio nequaquam regulis cōdemnatos, fidem verò immutatam seruari, quæ etiam vestræ à sancto spiritu inscripta est animæ, & à progenitoribus vobis contradita, & in his, quæ à nobis dudum relata sunt monumentis contra Nestorium gestis valdè noscitur declarata, proposita quippe fide sanctissimorū patrum in Nicæa cōuenientiū, cum omnis eius actio sufficiat arguere quidem aduersariorum impietatem, & ostendere orthodoxā fidem, quam hæctenus custodire per omnia studuistis. Si verò placet vestræ potentix ad subtiliter agnoscendum quæ inter nos & eos qui se absciderunt, gesta sunt, vestro apici supplicamus ad sanctum concilium destinare, quantumque approbauerit, vestra potentia, quatenus etiam ad faciem de omnibus christo amabili vestro imperio satisfiat.

*EPISTOLA CYRILLI ARCHIE-
piscopi Alexandria ad Clerum
Constantinopolitanum.*

XXXIX. **T**ribatum quidem nimis est sanctum concilium, audiens quia non omnia rectè retulit magnificētissimus & gloriosissimus comes Ioannes,

nes, vt cogitarent qui illic sunt etiam de exilio contra nos, tanquam sanctum concilium suscepisset irregularem nefandamque damnationem factam à Ioanne & qui cum eo sunt hæreticis. Ecce igitur & altera facta suggestio est à Synodo docens, quia & contristatū est in litteris principis, & quia nō suscipimus trium damnationes, & præcipuè infirma esse quidem quæ ab illis impie & nefandè sunt gesta, firma verò potius quæ à nobis sunt. Docuerunt enim & per primam relationem, quia infirma quidem, quæ ab illis irregulariter sunt gesta, fecerunt. Communicatores autem nos & coëpiscopos habēt & nequaquam recedunt ab huiusmodi voluntate, Et cum multum fecisset memoratus magnificentissimus vir vt veniret ad cōmunionem Ioannes & qui cum eo sunt sancti concilij vsque hodie neque audire voluerunt huiusmodi vocem, sed insistunt quidem omnes dicentes, quia impossibile est nos ad hoc venire, nisi & quod ab eis irrègulariter gestum est, destruat, & succumbant concilio vt pote delinquētes, anathematizent autem Nestorium & eius dogma ex scripto, & in his omnis intentio est concilij, frustratus autem hac causa memoratus magnificentissimus vir cogitauit, & hoc exigebat à concilio expositionem fidei ex scripto dari sibi, & vt illos faceret consentire atque subscribere, & ascenderet dicens, quia coniunxi eos ad amicitias, humanas tristitias habentes adinuicem. Hoc intelligēs sanctum cōcilium denuo surrexit, omninò dicens quia nō facimus

CONCILIVM

nobis ipsis iniuriã. Non enim velut hæretici vocati sumus, sed venimus fidem negatam statuere, quam etiam statuimus, & non eget Imperator nunc discere fidem sciens eam, & in ea baptizatus. Non profuit igitur neque orientalibus illud. Illud quoq; cognoscite, quia componentes expositionem fidei, contentionem habuerunt adinuicem, & sunt adhuc in contentione. Alij namque eorum suscipiunt dei genitricem dicere sanctam virginẽ simul & hominis genitricem. Alij vero omninò negant, & aiunt paratos se esse manus amittere, quam huiusmodi voci subscribere. Vbique autem confunduntur hæretici declarati. Hæc omnes à vestra beatitudine doceantur, & maximè dei cultores & sanctissimi archimandrite, nè fortè remeans prædictus alia pro alijs aut dicat aut doceat, vt aures mulceat aliquorũ. Non pigeat itaque vestram beatitudinem neque deficiat pro nostris laboribus, sciens quia semetipsam commendat & deo & hominibus. Et hic quoque propter saluatoris gratiam hi qui nunquam nos viderant dei cultores episcopi parati sunt animas ponere pro nobis, & cum lachrymis accedunt, dicentes etiã simul exilio destinari & pariter mori se votum habere. In multa verò tribulatione sumus vniuersi, & eo quod custodiamur à militibus, & ante lectos eos dormientes habeamus, maximè verò nos. Aliud autem omne cõcilium deficit & laborat, & plurimi mortui sunt. Iam autem & cæteri res suas vendunt non habentes expensas.

EPISTO

EPHESINVM.

107

EPISTOLA MENNONIS EPISCOPI Ephesini ad Clerum Constantinopolitanos.



Vanta propter veram fidem rectæ religionis quotidie sustinemus in Epheso, neque sermone explanare possibile est. Tumultui namque tumultus succedit incessabiliter, Multam verò nobis virtutem præbet, vt hæc fortiter feramus fidei confessio & fortitudo. Si quidem magnificentissimus comes Candidianus commouens nobis milites & ciuitatem turbis adimplens omniũ simul necessariorum delectatione nos fraudat per custodiã, multos autem permittens iniurias nobis effundere, & omni sancto concilio eorum qui obseruant ex Zeosippo damnato Nestorio, & ad hoc nutriuntur plurima multitudo rusticorum ex ecclesiasticis possessionibus, & per illos iniurias effundentium. Successit etiam prædictæ indiscipline & magnificentissimi comitis Hyrenei quotidiana seductioni simpliciũ, & Antiochiæ episcopi præsentia. Agnoscens enim sanctum concilium futurum eius aduentum, honorans & debitum sacerdotale complens, misit quosdam deo amantissimorum episcoporum etiam cum reuerentissimis clericis ad occursum eius, diu hæc faciens & debitum adimplens honorem, & manifestum faciens quia deberet à Nestorij colloquij obseruare, eo quod à sancto concilio damnatus esset, impietatis causa quam meditatus est. Ipse vero non permisit sequentibus eum militibus in

○ iij

inire se videri. Nihilominus secuti sunt, & ad domum vbi successit, occurrerunt, & plurimas obseruantes horas & non permisi ad eum celebrare colloquium, manserunt iniurias patientes. Post multas autem horas cum hoc ei visum fuisset, euocauit dei cultores episcopos & reuerentissimos clericos, introducens eos per milites. Cumque ea, quae à sancto concilio mandabantur, manifesta fecissent ei, permisit magnificentissimum Hyreneum & qui cum eo episcopos & clericos importabiles imponere plagas nostris cōministris & clericis, vt etiam ad periculum peruenirent. His igitur gestis venientes ad sanctum cōcilium qui missi fuerant dei cultores episcopi, & plagas ostendentes, & quae fuerant acta narrantes sub gestis monumentorum sacro sancto Euangelio proposito ad indignationem commouerunt sanctum concilium, & paululum eum castigantes excommunicatum fecerunt, & facta est eorum excommunicatio manifesta. Agnouimus enim, quia sine nomine aliquid & sine subscriptione in quadā parte ciuitatis propositū est, quod ostenderet eius indisciplinatum irregularēque voluntatem. Quotidie autem euocans nobilem curiam & clarissimos expetit cum necessitate decreta, vt in locum meum ordinet, ita vt omnes, qui inhabitant ciuitatem orthodoxi, constituta orationi apprehenderent loca, & in eis habitarent, vt nō illius insolentia & irregularis fragilitas, quae per praepositiones aucta est ad effectum perduceretur. Vnde & in sanctum Appolonem. pergēs
hoc

hoc declarans quia deberet ibi ordinare seditionem & turbam locorum fecit cum multitudine indisciplinatorum armatorum ascendens, ita vt quosdam ibi mendicantium faceret semiuuos, & tanquam iniuriatus ab his, qui ibi sunt, retulit ad inuidiā sancti concilij. Dignamini igitur sanctissimi omne habere studium, & arrogātiā atque irregularem voluntatem Ioannis & qui cum eo sunt publicare, vt magnificentissimi comites hinc discedant, quotidie turbantes & ciuitatem & fidem, vt non ex surreptione horum ea, quae fidei sunt adulterium patiantur.

EPISTOLA VNIVERSALIS

Concilij ad Augustos.

Diissimis & Christo amantissimis. Theodosio & Valētiniano victoribus triūphatoribus, semper Augustis, sancta & vniuersalis Synodus gratia Christi & nutu vestrae potentiae in Ephesina metropoli cōgregata. Vestra quidem potentia non despexit veram fidem suffodi doctrina Nestorij exprobrantis cum Iudæis domino Christo eas quas propter nos nostramque salutem humanas sustinuit passiones. Sed abominata vestra pietas huiusmodi contra Christum sermones ex omni parte quae sub sole est, nos congregari praecipit in Ephesina metropoli, configi patrum & pietatis dogmata volens. Vnde conuenientes & communi iudicio confir-

XL I.
Extat im-
pressa sub a-
liu trāstatio-
ne in 1. to. cō-
cilior. inter
fragm. huius
concilij.

CONCILIUM

mantes expositam de hoc fidem à trecentis decē & octo in Nicæa collectis sub beatæ memorię Constantino & Nestorium innouantem hanc fidem comprehendentes artibus, sermonibus & sub introductis seductionibus nocentem pietatis sensum sacerdotali gradu deposuimus, veluti quandam pestem sermonem eius ecclesias serpentem inhibere volentes. Sed quoniam aliquos inuenimus etiam episcoporum titubantes & quæ eius sunt sapientes, & illius blasphemia tractos vniuersos eos qui secundum eum sapiunt excommunicatos effecimus, donec recedentes à corrupta eius doctrina ad cognitionem veram apostolicamque reuertantur fidem, in qua olim incumbentes salui omnes effecimus. Sed nos quidem ad correctionem consistentium in errore decreuimus hæc, eorum pœnitentiam sustinentes. Ipsi verò cum sint, xxx. numero paulo plus, erant enim aliqui inter eos etiam ex aliis culpis canonibus subiacentes, assumentes quoque reuerentissimum episcopum Antiochenorum Ioânem, quia & ipse ex plurima tarditate reus erat quærelæ, alij verò ex aliis hæresibus increpati, quidam verò eorum etiam damnati, ad pœnitentiam quidem non respexerunt, congregati verò ad suffragium Nestorij contra præfules sancti vniuersalisque concilij depositionem & conscribere præsumpserunt, & tanquam ex omni concilio factâ, retulerunt ad vestram pietatem. Quam suscipiens vestra potentia iussit manere, putans ex concilio factam & non contra concilium, ab his qui secundum

EPHESINUM.

109

secundum Nestorium sapiunt, & vlciscentium se contra nos in damnationem Nestorij, non crimen dicere valentium contra principes sancti nostri concilij, & præsumpserunt quoque fallere deo amabiles vestras aures, vt susciperetur etiam ab eis contra concilium facta damnatio, quam nec legaliter nec canonicè neque plurimi fecerunt, quapropter & sancta Synodus legaliter & canonica actione destruxit quæ ab eis iniuriosè & nõ rationabiliter sunt decreta, Vnde confugimus omnes ad vestrę pietatis potentiam, supplicantes quę quidem contra Nestorium gesta sunt, & Nestorij sectatores propriam habere virtutem, quæ verò à defensoribus Nestorij dumque illius sunt sapiant contra leges facta aduersus præfules nostri concilij infecta manere atque vacantia, vtpote nec consequenter nec regulariter neque pro culpa probata sint gesta, sed vltionis causa tantummodo à sectatoribus Nestorij contra sanctum cõfecta conciliũ. Si enim rationabilis contra Nestorium sententia vniuersalis cõcilij facta est, & hoc suscepit vestra potentia tanquam Nestorio nudam prædicante impietatem, rationale quodammodo perspicit etiam vestra potentia, vt quæ gesta sunt contra concilium à sectatoribus Nestorij infecta consistant, & penitus inuvalida, ex nulla causa rationem habentia, nisi ex insultatione sola pro quibus contra Nestorium sanctum magnũque concilium egit, Supplicamus igitur vestrę potentię releuari iam nos à tribulatione, & iubere restitui nobis præfules con-

cilij sancti deo amabiles episcopos Cyrillum & Mennonem. Rationabile namque est vindicata pietate & vexantibus eam remotis, eos, qui pariter pro fide certati nobiscum sunt, honore frui, & non condemnari cum his, qui conuincti sunt in nefandis contra Christum dominum blasphemis. Iuuenalis episcopus Hierosolymorum subscripsi.

EPISTOLA VNIVERSALIS CONCILII ad Clerum Constantinopolitanum.

*XLII.
Extat impressa in 1.
tom. conciliorum post
fragmenta
huius concilij. sed sub
alia translatione.*

Sancta Synodus quæ per gratiam dei & sanctionem piissimorum principum in Ephesina metropoli celebrata est dilectissimis & desiderantissimis fratribus & comministris Constantinopoli commorantibus, & reuerentissimis presbyteris & diaconibus eiusdem Constantinopolis. ¶ In tanta fluctuatione rerum constitutis & multum quidem undique suscipientibus bellum, ex nullâq; parte permisis mansuetum & tranquillum piissimorum & Christo amabilium principum videre vultum, vnde esset solummodo difficilius sperare solutionem, quod aliud poteramus adinuenire remedium, nisi vt apud propria membra in nobismetipsis lamentaremur. Vos autem membra vniuersalis concilij pietatis zelum per omnia demonstrastis. Itaque sciat vestra reuerentia, carcere nihil amplius nos in Epheso habitare, & trium mensium tempus
iam

iam hic reclusos, neque per mare neque per terram sine periculo & licenter posse dirigere aliquos ad piissimum comitatum aut ad alium permitti locum. Et enim quoties ea, quæ à nobis missa sunt, reddi valuerunt, per decem milia pericula harum baiuli alter aliter transformati cripi potuerunt. Causa verò vt ita custodiamur hæc est, quod omnia contra nos mendaciter piissimo principi referuntur. Alij namque sicuti cognouimus tanquam seditiones nobis facientibus ita pias edocuerunt aures. Alij verò tanquam vniuersale nostrum conciliū damnauerit per omnia dei cultorem & sanctissimum archiepiscopum Alexandrinorum Cyrillum, & sanctissimum & deo amatissimum coepiscopum nostrum Mennonem sic referre præsumpserunt. Alij verò hoc puto adicere ausi sunt, tanquam nos adqueuissimus cum cõtumaci concilio ad damnabilia verba descendere, quorum princeps est Antiochenorum Ioannes. Et quatenus hæc non agnoscerentur, plurima contra nos custodia multumque fit bellum. In anxietate igitur constituti non modica ad vestram scribere beatitudinem festinauimus, scientes quia filiorum germanorum apud vniuersale concilium obtinentes officium, & orthoxam fidem prodi nequaquam patientes cum multa supplicatione & lachrymis & his literis adeuntes piissimum & Christo amantissimum principem, quæ cõtra nos sunt, insinuabitis vniuersa. Nos enim neq; reprehendimus prædictos sanctissimos & deo amatissimos episcopos Cy-

CONCILIVM

rillū & Mennonem, sed etiā magna eos appro-
batione & coronis dignos existimamus, solos &
primos super alios omnes zelo secundum deum
motos : & vndique laborasse, vt abscinderetur
impietatis prædicator Nestorius impiissimus, &
ecclesiæ tali scelere purgarentur. Neque autem
nunc patimur sanctissimorum pontificum com-
munionem segregari, sed etiam cum eis exiliū pati
lucrum existimamus, & regium quoque defini-
tum apud nos est, neque recessione cōcilium ad
communione suscipere, si etiam omnibus vo-
cibus anathematizauimus corā ecclesiæ Ioannem
Antiochenum, & qui cum eo sunt. Primum qui-
dem pro quibus simul damnare nobiscum im-
pietatis prædicatorem Nestorium non est passus,
sed etiam cum eo degentes pro eo facere sermo-
nem nullatenus quieuerunt, deinde pro quibus
etiam iniquissimum & à regulis alienum cona-
men cōtra prædictos sanctissimos episcopos in-
iuriæ & calumniæ facientes subrepere piis Chri-
sto amabilium principū auribus præsumpserunt.
Cum his autem & eo quod à sensu Nestorij ne-
quaquam recedunt. Propter hæc semel eos omni
ecclesiastica communione abscindentes & om-
nem sacerdotalem celebrationem amputātes ex-
communicauimus, iudicij existentes huius po-
tius etiam ab ecclesiis quod absit recedere, qui ad
horum vltimam communionem venire, maximè
non corrigentium omnia, quæ prædicta sunt, sua
delicta. Insinuamus autem etiam vestræ reueren-
tiæ, vt sub æquali eos ordine habeatis. Hæc igitur
exorate

EPHESINVM.

III

exorate religiosissimum & deo amantissimum
Imperatorem, & dicentes petere pro vniuerso
concilio, restitui nobis eos qui à canonibus ne-
quaquam reprehensi sunt, hoc est sanctissimos &
deo amantissimos episcopos Cyrillum & Men-
nonem, & misereri nostri quoque & ab optima
ista cōclusionē iam reuocari, & si quidem digni
sumus videre piissimi & Christo amantissimi
principis vultū, hoc permitti facere, si autem in-
digni hoc iudicati sumus vel ad nostras ecclesias
redeamus, vt non hic intimmamur vniuersi, alij
quidem languore, alij verò anxietate consum-
pti. Ne autem fastidium multum imponeremus
subscriptionibus contenti fuimus manibus præ-
sidentium.

Post consulatum dominorum suorum Flauij *Alia actio*
Theodosij XII. & Flauij Valentiniani III. *Ephesinū cō-*
perpetuorum Augustorum. x i. Kal. Aug. Quod *cilij.*
est secundum Aegyptios Epiphij XXVI. con-
cilio celebrato in Ephesiorum metropoli secun-
dum sanctionem deo amantissimorum nostrorū
principum, & residētibus in Episcopio Menno-
nis dei cultoribus episcopis Cyrillo Alexandriae
obtinente etiam locum sacratissimi archiepisco-
pi Romanorum ecclesiæ Celestini, & Archadio
episcopo & legato, & Philippo presbytero & le-
gato, & Iuuenali Hierosolymorum, & Menno-
ne Ephesiorum, & Flauiano Philippensium, ob-
tinente etiam locum Rufi dei cultoris episcopi
Thessalonicentium, & Firmo Cæsareæ Capado-
ciæ primo, & Theodoto Ancyrae Galaciæ, Mili-

CONCILIVM

tine, Armeniæ, & Achatio Hellade, & Cyro Aphrodisiadis Cariæ, & Valeriano Iconij, & Palladio Amasiæ Helleponti, & Hefichio Parij, & Helladico Rodi, & Dynato Nicopoleos Epyri veteris, & Eucharis Dirachij Epyrinone, & per-euio farmaci, & Eudoxio Chomatis Lyciæ, & Syluano Cheretapõ Frigię, & Veriniano Perge, Pamphiliæ & Amphilochiæ, Side, & Epiphanio Cratiæ Honoriadis, & Gregorio Cerasontis, Ponti, Palæmoniacy, & Senecione Codrensum, & Yconio Gortinæ, Cretæ, & Dalmatio Cizici, & Docimasio Maroniæ Traciæ, & Ioanne Proconissi, & Daniele Colonæ secundæ Capadociæ, & Romano Raphiæ, & Pauliniano Mauinæ, & Paulo Antedonis, & Fido Ioppe, & Ioanne Sichomazonis, & Theodoro Gadarensi, nec non & Bessula diacono Carthaginensis, & reliquis residentibus secundum superiorem sessionem. Petrus presbyter Alexandriæ, & Primitius notariorum dixit: Sancta & magna vestra Synodus omnem faciens prouidentiam rectæ & apostolicæ fidei & dogmatum ueritatis, prospiciens autem etiam disciplinæ & ecclesiarum ordinationi definitionem protulit, quam etiã præmanibus habentes, si placet uostræ sanctitati, legimus. Sancta Synodus dixit: Prolata definitio à sancto hoc & uniuersali concilio legatur, & inferatur gestis monumentorum.

Nicænæ

EPHESINVM.

112

NICÆNA SYNODVS HANC
fidem exposuit.



Redimus in vnum deum patrem omnipotentem visibilium inuisibiliumque factorem, & in vnum dominum Iesum Christum filium dei, natum ex patre vnigenitum, hoc est ex substantia patris, deum ex deo, lumen ex lumine, deum verum ex deo vero, natum non factum, consubstantialem patri, per quem omnia facta sunt quæ in cælo & quæ in terra, qui propter nos homines & propter nostram salutem descendit & incarnatus est, & homo factus est, passus, & resurrexit tertia die, ascendit in cælos, inde venturus iudicare viuos & mortuos, & in spiritum sanctum. Eos autem qui dicunt, erat quando non erat, & antequam nasceretur, non erat, & quia nõ ex existētibus factus est aut ex alia subsistentia vel essentia, dicentes esse aut conuertibilem aut mutabilem filiũ dei, hos anathematizat catholica & apostolica ecclesia. Sanctæ quidem huic fidei omnes consentire conuenit. Habet enim pie quæ sufficiant ad utilitatem totius terræ. Quia verò aliqui simulāt quidem eam se confiteri & consentire, malè autem interpretantur sensuum virtutem, secundum quod eis placet, & circumueniunt veritatem, filij existentes erroris & nati perditionis, opus fuit necessarium ex sanctis patribus & orthodoxis comparare testimonia, quæ satisfacere valeant, quemad-

LXIII

modum intellexerunt eam & prædicare confissi sunt, vt palam sit, quia omnes rectam & immaculatam habentes fidem, sic & intelligunt, & interpretantur & prædicant eam. Petrus presbyter Alexandriae & Primicerius notariorum dixit: Quoniam præ manibus habemus & codices sanctissimorum patrum & episcoporum diuersorumque martirum, elegimus autem ex eis pauca capitula, si placet, relegimus. Flavianus episcopus Philipensium dixit: Et hæc lecta gestis inserantur. Et lectum est ita.

PETRI SANCTI EPISCOPI ET
martyris ex libro de deitate.

LXIII.



Quoniam & verè gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Sequuntur hic exēpla sanctorum patrum, sicut in gestis damnationis Nestorij sunt posita, Quibus expletis subiunctum. Petrus presbyter Alexandriae & Primicerius notariorum dixit: Secundum sanctionem piissimorum & Christo amabilium Principum Theodosij & Valentiniani congregata in Ephesiorum metropoli ex omni, vt ita dicatur, orbe terrarum sancta hac Synodo deo colendorum episcoporum ex omnibus sanctissimis ecclesiis, & residente atque definiente valere firmamque esse fidem expositam per sanctum spiritum à sanctis patribus, qui per tempo-

ra


ra in Nicæa ciuitate collecti sunt, existentes numero cccxviii. & definiente de hac quo condecebat modo Carisus quidam nomine presbyter & dispensator constitutus sanctæ ecclesiæ Philadelphinæ ciuitatis asseruit, quia quidam ex Lydia oriundi hæretici voluerunt suum quidem errorem relinquere, conuerti verò ad veritatis lumen, & imbui catholicæ ecclesiæ rectis piisque dogmatibus, & cum deceret eos ad veritatem deduci, deterius sunt decepti, & velut ex fouea ceciderunt in foueam peiorem. Asseruit enim quoniam Antonius & Iacobus presbyterorum habentes nomina, descenderunt à Constantino-poli epistolas habentes commendatitias ab Anastasio quodam & Photio, hæretico Nestorio tunc adhærentibus, & ipsis quoque presbyterorum habentibus nomina. Et cum deceret apostolicam & Euangelicam traditionem fidei, quæ etiam exposuerunt per tempora patres in Nicæa ciuitate conuenientes tradi ex errore conuersis ad veritatem, & ex tenebris ad lumē venire quærentibus obtulerunt expositionem quādam dogmatis impiorum velut in ordine Symboli compositam, & huic subscribere protulerunt miseros illos. Et in hoc etiam modum excedentes impietatis. Pro declaratione verò subtili omnium, quæ acta sunt, insertus est libellus oblatus à memorato presbytero Carisio & impiæ sectæ illius expositio de incarnatione vnigeniti filij dei cum subscriptione horum, qui decepti sunt.

P

Sanctissimæ & deo dilectæ Synodo vniuersali, quæ in Ephesiorum metropoli congregata est, à Charisio presbytero & dispensatore ecclesiæ Philadelphiæ. Est quidem omnibus sapientibus exoptandum, honorem semper decentemque reuerentiam spiritualibus maximè patribus & præceptoribus distribuere. Si verò contigerit, vt hij, qui docere debent ea discipulis de fide, garriant, quæ aures hominum mentesque possint lædere, necesse est ordinem commutari, & eos, qui peruerse docere contendunt, à minoribus redargui, Et quoniam vnus horum est Nestorius, qui fructus vanæ gloriæ suæ decerpfit, quique de fide christiana nefandissimè sentiens & docens sæpè quæ eum docere non decuit, omnem penè orbem terrarum turbauit, ita vt etiam piissimi, principes censere cogerentur vestram sanctitatem conuenire, & rectæ fidei dogmata confirmare, quod etiam sua clementia dominus deus indulsit, vt propter causam supra dictam vos omnes hûc patres sanctissimi conueniretis, huius rei gratia ego ad vestræ sanctitatis genua prouolutus affirmo, quod non solus ipse, verumetiam impietatis eius participes Anastasius & Photius presbyteri eandem etiam in aliis ciuitatibus fidem nefandissimam disseminare cupiètes, Iacobo cuidam sui simili fauorem præstiterunt & præstant, ad colloquij societatem adhibentes eum & ad mensam. Quem etiam per literas tanquam orthodoxum religiosissimis Lydiæ episcopis commendarunt, cum talia committat, quæ sanctitatem

tem omnium vestrum hæc cognoscentem commoueant, vt regularem in eum pœnam & ei fauentes inferatis. Nam cum Philadelpiam ciuitatem Lydiæ aduenisset, simpliciores quosdam decepit clericos, & illa fide sprete, quam patres Niceæ ediderunt. Symbolo alterius fidei imò perfidiæ subscribere compulit, & hoc illi simplicitate sua fecerunt & subscriperunt hoc modo. Huic rectæ fidei consentimus. Quæ expositio hæreticæ blasphemie plenissima est cum subscriptione eorum, quibus subreptum est. Quæ rogo, vt coram vestra sanctimonia recitetur, vt intelligatur quomodo illi rectam fidem euertere sint conati, nec non & literæ suprâ dictorum, per quas Iacobum quidem hæreticum, qui talia ausus est perpetrare orthodoxum esse testantur. Me verò tanquam hæreticum à communionem ac ministerio submouerunt, pietatis dogmata sequentem. Nam hic recitans sanctitas vestra comperiet, qualia sint ea, quæ illi aduersum rectam fidem scelera commiserunt, quæ per vestram sanctitatem deus penitus destruet.

CONFESSIO FIDEI CHARISII PRESBYTERI.




Redo in vnum deum patrem omnipotentem, omnium visibilium & inuisibilium factorem, & in vnum dominum Iesum Christum filium eius vnigenitum, deum de deo, lu-

men de lumine, deū verū de deo vero, eiusdem cum patre substātiæ, qui propter nos & nostram salutem descendit de cœlis, & incarnatus est, ex sancta Virgine homo factus est, crucifixus est pro nobis, mortuus est, surrexit tertia die, ascendit in cœlos, inde venturus est iudicare viuos & mortuos. Et in spiritum veritatis paracletum, similis substātiæ cum patre & filio, & in sanctam catholicam ecclesiam, & in resurrectionem mortuorum, & in vitam æternam. Et alia manu. Ego Charisius obtuli libellum sicut suprā scriptū est, & subscripsi manu mea.

EXEMPLAR EXPOSITIONIS
Symboli transformati.

XLVI.
extat in .4.
collatione
quinti Con-
stantinopoli-
tani concilij,
sub alia tran-
slatione.



Vi vel nunc primum erudiuntur ecclesiasticorum dogmatū scientiam, vel ex quolibet hæreticorum errore ad veritatem desiderant commigrare, eos dicere conuenit & cōfiteri, quod credimus in vnum deum patrem æternum, qui neque postea cæpit esse, sed antea & semper erat deus, neque postea factus est pater, quia semper erat & deus. Credimus etiam & in vnum filium dei vnigenitum ex substātia patris, vt verè filium, ex substātia eius, cuius est, & esse creditur filius. Et in spiritum sanctum, qui est ex dei substātia, qui non est filius, sed deus per substātiā, vt pote eiusdem substātiæ cuius est deus

&

& pater, ex quo est per substātiā. Nos enim inquit apostolus non spiritum mūdi accepimus, sed spiritum qui ex deo est ab omni quidē creatura eum separans. Tu verò coniuge ex quo est per substātiā præcipua quadam propriæque ratione præter omnem creaturam, quam non ex substātia sed causa creationis à deo credimus factam. Et neque filium putamus, neque per filium essentiam accepisse. Et confitemur autem ipsum per se patrem perfectum in sua persona & filium simili modo, & item spiritum sanctum salua manente nobis ratione pietatis, vt patrem & filium & spiritum sanctum, non tres diuersas substātiās esse credamus, sed vnam eandemque diuinitatem cognoscendam. Scire autem conuenit etiam de dispensatione, quam pro nostra salute in domino Christo dominus deus impleuit, quod deus verbum hominem perfectum assumpsit ex semine Abraham & David secundum prædicationem sanctarum scripturarum hoc naturaliter existētem, quod & illi fuerunt, ex quorum semine ortus est, hominem perfectum ex anima rationali & carne consistentem humana. Quem hominem secundum nostram naturam spiritus sancti virtute in vulua virginis factum, factum ex muliere, factū sub lege, vt omnes nos à seruitute legis redimeret & cōsequeremur adoptionem, quæ est olim repromissā ineffabiliter sibi coniunxit, & mortem quidem experiri more hominum fecit, suscitauit verò à mortuis & vexit in cœlos, & sedere fecit ad dexteram dei. Vn-

de cum sit supra omnem principatum & potestatem & dominationem, & supra omne nomen quod nominatur non tantum in hoc sæculo, sed etiam in futuro, ab omni creatura suscepit adorationem, tanquam inseparabilem ad diuinam naturam habens coniunctionem relatione dei & sensu, omni creatura ad orationem ei retribuente. Et neq; duos dicimus filios, neq; duos dominos, quoniam vnus est filius per substantiã deus verbum vnigenitus filius patris, cui iste coniunctus est, & participatur filiatione filiique appellatione & honore communicat. Nam dominus per substantiam est deus verbum, cui iste cõiunctus honore communicat. Et propterea neque duos dicim⁹ filios neq; duos dominos, quia cum sit manifestus is, qui est per substantiam dominus & filius, inseparabilem habens cum eo cõiunctionem hic quoque, qui pro salute nostra assumptus est, conrefertur, id est, *σω ἀναφέρται*, innuncupationem & filij & domini, non quemadmodum vnusquisque nostrum qui per ipsum filius est, vnde & multos filios iuxta beatum dicimus Paulum. Sed solus habens præcipuam cõiunctionem ad deum verbũ filiationis dominationisq; effectus particeps adimit quidem opinionem duorũ filiorum & dominorũ, præbet autem nobis in coniunctionem, quæ ad deum verbum est omnem habere de eo fidem & intellectum & contemplationem, pro quibus & adorationem dei relatione ab omni creatura suscepit. Vnum igitur filium dicimus & dominum Iesum Christum

Christum, per quem omnia facta sunt. Principali-ter quidem deum verbum intelligentes, qui est per substantiam filius dei & dominus, coopinē-tes autem qui assumptus est Iesum de Nazareth, quem vnxit deus spiritu sancto & virtute, tanquam coniunctione ad deum verbum filiationis dominationisq; participem qui etiam secundus Adam iuxta beatum Paulum vocatur, vt pote eiusdem quidem naturæ consistens cuius Adam. Demonstrans autem nobis statum futurum, & quia tantam habet ab illo differentiam, quantam debet esse inter eum, qui futuræ vitæ ineffabilia bona subministrat, & inter illum, qui præsentium malorum dedit initium, simili modo etiam secundus homo vocatur, tanquam secundum statum nobis demonstrans, quoniam quidem prioris status princeps fuit Adam illius mortalis & passibilis & omnis doloris plenissimi, in quo etiam similitudinem ipsius accepimus. Secundum verò monstrauit nobis dominus Christus, qui de cœlis in futuro apparens omnes nos in communionem habebit. Primus enim homo inquit de terra terrenus, secundus homo de cœlo cælestis. Hoc est inde venturus, vt nos omnes ad imitationem sui perducatur, vnde infert: Qualis terrenus, tales etiam terreni, Et qualis cælestis, tales etiam cælestes. Et sicut portauimus imaginem terreni, portemus etiam imaginem cælestis. In isto quippe qui apparet & visibilis est horum, qui iudicandi sunt occulta, & inuisibilis faciet iudicium diuina natura. Tēpora enim igno-


rantix nostræ despiciens deus, nunc annūtiat hominibus, vt omnes pœnitentiam agant, eò quod statuit diem, in quo iudicaturus est orbem terrarum, quem statuit fidem præbens omnibus suscitans eum à mortuis, Hæc est ecclesiasticorum dogmatum assertio, & quisquis contra hæc credit, anathema sit. Quisquis sanctum diem paschæ non facit iuxta sanctionem sanctæ catholicæ ecclesiæ, anathema sit. Hæc subscriptio eorum, qui decepti sunt.

BVdius Vinici Philadelphius, quartadecimanus agnouit Veram fidem orthodoxā, & rogauit sanctissimum episcopum Theophanum, & accessi ad sanctam catholicam ecclesiam, & anathematizo omnem hæresim, & maxime quartodecimanorum, in qua antea errabam, & consentio sanctę expositioni rectę fidei, anathematizās & eos, qui non faciunt sanctū diem paschæ iuxta morem sanctæ catholicæ atq; apostolicæ ecclesiæ iurans per sanctam & homouision trinitatem, & proprietatem & victoriam dominorū nostrorum Flauij Theodosij & Flauij Valētiniani, perpetuorum Augustorū. Si quid autem ex his labefactauero, subiacebo legum seueritati, & recitata mihi expositioni subscripsi per Efygium Philadelphium curialem, eò quod litteras nescirem. Similiter subscriperunt & Efygius Cerdamæ. Philadelphius curialis quartodecimanus. Rufinus Philadelphius quartodecimanus. Philadelphius quartodecimanus. Augustinus Laicendis Philadelphius quartodecimanus. Damalius & Alexan-

Alexander per manū Euprepij diaconi. Flauius Nimphydianus Philadelphius Scholasticus. Policronius Taciani Philadelphius per manū Flauij Efygij Cerdali Philadelphij. Eustachius Marcelli Philadelphius Aurifer, Euthichius Philadelphius, Stratonicus Emmoni Philadelphius. Theodorit^o & Alexāder Philadelphij per ipsum Alexandrū. Marmus Euethi per manum Neorij Lectoris. Padicius Philadelphius. Cyriacus Philadelphius de hæresi nouatianorum. Auxonius Philadelphius. Nauta Diomedes habitans in vico Cacaba. Iulianus Philadelphius. Euthichius de vico Aulacis, primus Thessaresse decadistarum. Patricus presbyter de vico paradioxili per manum maximi. Zoncor episcopus Phitate quartodecimanus similiter. His igitur recitatis, decreuit sancta Synodus aliam fidem nulli licere proferre vel cōscribere vel componere præter illam, quæ definita est à sanctis patribus, qui Nicæam per sanctum spiritū conuenerunt. Illos verò qui audirent fidem aliam vel componere vel proferre volentibus conuerti ad agnitionem veritatis siue ex gentilitate, siue ex Iudaismo, siue ex qualibet hæresi, si episcopi fuerint aut clerici, alienos esse episcopos ab episcopatu, & clerici à Clero, si vero laici sint anathematizari. Similimodo si qui deprehensi fuerint siue episcopi siue clerici vel laici, vel credentes vel docentes ea quæ scripta sunt in expositione quæ Acharisio presbytero prolata est de incarnatione vnigeniti filij dei, aut scelerata & peruersa Nestorij dogmata, quæ etiā sub-

iecta sunt, eos subiacere sanctæ & vniuersali Synodo, ita vt sit palàm episcopum quidem alienum fore ab episcopatu & deponendū, clericum verò à Clero similiter submouendum, si vero laicus sit eum fore anathema sicut supradictum est.

EX CODICE NESTORII
Quaternione XVII.

 Vm igitur diuina scriptura dicit aut natiuitatem Christi, qui ex Maria virgine, aut mortem, nusquam videtur ponens deus, sed aut Christus aut filius, aut dominus, quoniam hæc naturarum sunt significatiua duarum. Aliquando quidem huius, aliquando autem illius, aliquando vero huius & illius. Quale est quod dico. Quando ex vigne natiuitatem nobis scriptura exponit, quid dicit. Misit deus filium suum, non dixit: Misit deus verbum suum, sed accepit quod pronunciat naturas duas. Quoniã enim filius homo est, & deus, dicit: Misit deus filium suum factum ex muliere, vt cum audieris factum ex muliere, deinde cognoueris nomen propositum, quod indicat naturas duas, natiuitatem quæ ex beata virgine est filium quidem voces, filium enim genuit dei, & si christi genitrix virgo. Sed quoniam filius dei duplex est, secundum naturas non genuit quidem filium dei, sed genuit humanitatem, quæ est filius propter coniunctum filium. Sequuntur hic etiam alia exempla Nestorij, sicut in gestis dam-
natio-

nationis eius sunt posita. Quibus exemplis subiunctum. Petrus presbyter Alexandriæ & Primitius notariorum dixit: Ecce palàm in his ait, quia ante eum nullus doctorū hoc loquutus est populis. Hæc subscriptio.

Cyrillus episcopus Alexãdrię subscripsi pronuntians cum sancta Synodo. Archadius episcopus & legatus sedis apostolicę subscripsi pronuntians cum sancta Synodo. Proiectus episcopus & legatus sedis apostolicę subscripsi pronuntians cum sancta Synodo. Iuuenalis episcopus Hierosolymitanus subscripsi pronuntians cum sancta Synodo. Flauianus episcopus Philippensium subscripsi pronuntians simul cum sancta Synodo. Philippus presbyter & legatus sedis apostolicę subscripsi pronuntians simul cum sancta Synodo. Firmus episcopus Casareę subscripsi pronuntians simul cum sancta Synodo. Mennon episcopus Ephesi subscripsi pronuntians simul cum sancta Synodo. Achatius misericordia dei episcopus Melitiorum consentiens sanctæ Synodo in suprascripta sententia subscripsi. Theodorus episcopus Ancyræ cõsentiens sanctæ Synodo in supra scripta sententia subscripsi. Palladius gratia Christi episcopus Amasenorum cõsentiens sanctæ Synodo in supra scripta sententia subscripsi. Amphylochius episcopus Sydæ pronuntians vnà cum sancta Synodo subscripsi. Ichonius episcopus Crete pronuntians vnà cum sancta Synodo subscripsi. Daniel episcopus Coloniæ pronuntians vnà cum sancta Synodo sub-

CONCILIVM

scripsi. Perigenes episcopus Corinthi pronun-
tians vnà cum sancta Synodo subscripsi. Veri-
nianus episcopus Pergeorum metropoleus sub-
scripsi per Timotheum presbyterum. Seuerus
episcopus Senaidon subscripsi. Herenianus epi-
scopus Myron subscripsi. Valerianus episcopus
Iconij subscripsi. Pius episcopus Pisiniorū me-
tropoleus subscripsi. Nestorius episcopus Spon
subscripsi. Aphonius episcopus Coluę subscripsi.
Phocus episcopus ciuitatis, quæ est in Thiatire-
no subscripsi. Paulus episcopus Daldianorum
subscripsi. Limenius episcopus ciuitatis Sedthe-
norum subscripsi. Dorotheus episcopus ciuitatis
Mirenes subscripsi. Theodorus episcopus Atta-
liæ subscripsi. Aplotonetus episcopus Heracleo-
tarum Iaptus poleos subscripsi. Cyrus episcopus
Aphrodisiados subscripsi. Meonius episcopus
ecclesiæ, quæ est Sardibus Lyriæ subscripsi. Hel-
lanicus episcopus Rhodi subscripsi. Dalmatius
episcopus Cizici subscripsi. Aristonicus episco-
pus Laodicæ subscripsi. Paralius episcopus An-
dropon subscripsi. Olympius episcopus Clau-
diopoleos subscripsi per episcopū Epiphanium
& Theusebium. Dinatus episcopus Nicopoleos
Epyri subscripsi. Domnenus episcopus ciuita-
tis Cotiaio subscripsi. Eustachius episcopus Do-
cimi subscripsi. Epiphanius episcopus ciuitatis
Cratiæ subscripsi. Gregorius episcopus Cera-
funtis ciuitatis subscripsi. Helladius episcopus
Addramicti subscripsi. Anisius episcopus ciui-
tate Thebarum græciæ subscripsi. Domnenus
episco-

EPHESINVM.

119

episcopus ciuitatis Opulentis subscripsi. Calli-
grates episcopus ciuitatis Pruse subscripsi. Eu-
trepus episcopus ciuitatis Vizes subscripsi. Dio
episcopus ciuitatis Thebarum subscripsi. Porre-
bius episcopus saluum Theffalonicensium sub-
scripsi. Paulus episcopus ciuitatis Anthedonis
subscripsi. Theodorus episcopus Auenetiorum
subscripsi. Eusebius episcopus Heracliæ subscri-
psi. Ioannes episcopus Leusi Selinicatorum sub-
scripsi. Theonas episcopus ciuitatis Hierabiæ
subscripsi. Senerion episcopus Codrenę ciuitatis
subscripsi. Tribunianus episcopus ecclesiæ, quæ
est primopolis subscripsi. Martyrius episcopus
ciuitatis Illistron subscripsi. Nesus episcopus
Coribrasi subscripsi. Achatius episcopus ciuita-
tis Cothirō subscripsi. Ablabius episcopus ciui-
tatis Amoriij subscripsi. Heracleon qui & Theo-
phanus episcopus Tralion subscripsi. Philippus
episcopus Permamisillus subscripsi. Daphinus epi-
scopus magniæ ciuitatis Meādri subscripsi. Eu-
sebius episcopus Magniæ ciuitatis Sypili sub-
scripsi. Anderius episcopus Coroensis subscripsi.
Paulus episcopus ciuitatis Lampe subscripsi. Eu-
tropius episcopus ciuitatis Sebason subscripsi.
Seuerus episcopus prouinciæ Pissidiæ ciuitatis
Zopoleos subscripsi. Sylluanus episcopus ciuita-
tis Cheretapon subscripsi. Commodus episco-
pus ciuitatis Diocletianos subscripsi. Constan-
tius episcopus ciuitatis Diocletianos subscripsi.
Philetus episcopus Amazonis subscripsi. Spuda-
sius episcopus Cerami subscripsi. Docimasius

CONCILIVM

episcopus ciuitatis Maroniæ subscripsi. Enepius
episcopus ciuitatis Maxinianopoleos subscripsi.
Eutalius episcopus ciuitatis Caloponiæ subscri-
psi. Lucianus episcopus ciuitatis Toroperi sub-
scripsi. Rufinus episcopus ciuitatis Gabarum
subscripsi. Romanus episcopus ciuitatis Raphiæ
subscripsi. Fidus episcopus Ioppe subscripsi. He-
siechius episcopus ciuitatis Paros subscripsi. Ti-
motheus episcopus ciuitatis Hermei & Eudo-
ciados subscripsi. Eucharius episcopus ciuitatis
Dirachiæ subscripsi. Euagrius episcopus ciuita-
tis Solorum Cypri subscripsi. Hectarius episco-
pus ciuitatis Casorum subscripsi. Agatocles epi-
scopus ciuitatis Coloniae subscripsi. Ioannes epi-
scopus Sicomafonis subscripsi. Edisius episco-
pus Sydorum subscripsi. Secudianus episcopus
ciuitatis Lamiae subscripsi. Hunnecius episcopus
ciuitatis Selge subscripsi. Matizianus episcopus
Coracesij subscripsi. Cyrillus episcopus celorum
subscripsi per manum Hellestpon presbyteri. Sa-
prijcius episcopus Paphycypri subscripsi. The-
mestius episcopus ciuitatis Iasis subscripsi. Po-
macius episcopus ciuitatis Alendos subscripsi.
Eudoxius episcopus ciuitatis Comatis paleas sub-
scripsi. Libanius episcopus ciuitatis Paleas po-
leos subscripsi. Tarianus episcopus ciuitatis Lyrbe
subscripsi. Alexader episcopus Archadiopoleos
subscripsi. Theodorus episcopus Nisiæ subscri-
psi. Rhodon episcopus Paleaspoleon subscripsi.
Thiticus episcopus ciuitatis Heracleorum sub-
scripsi. Eugenius episcopus ciuitatis Apollonia-
dos

EPHESINVM.

126

dos subscripsi. Ecius episcopus ciuitatis Pænio-
rum Hellestponi subscripsi. Timotheus episco-
pus ciuitatis Germaniæ Hellestponi subscripsi.
Archelaus episcopus Mendi subscripsi. Apellas
episcopus Cybire subscripsi. Phyladelphius epi-
scopus Gratianopoleos subscripsi. Eucharius
episcopus Stratoniceorū Lydię subscripsi. Ioan-
nes episcopus Aureliopoleos subscripsi. Maxi-
mus episcopus Cymæ subscripsi. Theodosius
episcopus Mastarō subscripsi. Modestus episco-
pus ciuitatis Aneastorū subscripsi. Thomas epi-
scopus Valentinianopoleos subscripsi. Eusebius
episcopus Aspanorum subscripsi. Euporius epi-
scopus Pepon subscripsi. Sadus episcopus Phe-
nos subscripsi. Dominus episcopus orcutis sub-
scripsi. Ioannes episcopus Augustopoleos sub-
scripsi. Petrus episcopus Parembolorū subscripsi.
Nairas episcopus Zace subscripsi. Zenō episco-
pus Cyri subscripsi. Euoptius episcopus Ptolo-
maidos Pentapoleos subscripsi. Macharius epi-
scopus Meletinon subscripsi. Eusebius episco-
pus Pelusij subscripsi. Hermogones episcopus
Rinocororū subscripsi. Marianus episcopus He-
liopoleos subscripsi. Ioannes episcopus Ephesti
subscripsi. Eraclius episcopus Tamiatheos sub-
scripsi. Theon episcopus Eracleus Sethristi sub-
scripsi. Selon episcopus Xoëos subscripsi. Alipius
episcopus Selenuntis subscripsi. Machedonius
episcopus Xoëos subscripsi. Petrus episcopus
Oxirinchi subscripsi. Metrodorus episcopus
Leontonorū subscripsi. Paulus episcopus Fran-

CONCILIVM

goneos subscripsi. Ammomus episcopus Phane-
phesi subscripsi. Publius episcopus Olbiorū sub-
scripsi. Ieraces episcopus Aphenem subscripsi.
Samuel episcopus Disteos subscripsi. Sopater
episcopus Lybiæ Septimiace subscripsi. Yīāo
episcopus Tabe subscripsi. Isaac episcop⁹ Elear-
chiæ subscripsi. Heraclius episcopus Elearchiæ
subscripsi. Theonas episcopus Plinchi subscri-
psi. Cyrus episcopus Acheorum subscripsi. Eu-
logius episcopus Terenunteos subscripsi. Ale-
xander episcopus Cleopatridos subscripsi. Syl-
uanus episcopus Cobrithi subscripsi. Ego autem
Eraclius episcopus pro eo subscripsi. quia ægro-
taret. Adelphius episcopus Onupheos subscripsi.
Abraham episcopus Ostracine subscripsi. Atha-
nadius episcopus Parali subscripsi. Adelphius epi-
scopus Seos subscripsi. Lampetius episcopus Ca-
sij subscripsi. Chrisaorius episcopus Aphroditis
subscripsi. Ammon episcopus Buti subscripsi.
Eutichius episcopus Theodosiopoleos subscri-
psi. Venantius episcopus Hierapoleos subscripsi
per notarium Theodotum. Zenobius episcopus
Barce subscripsi. Zenon episcopus Theocironi
subscripsi. Eusebius episcopus Nilopoleos sub-
scripsi. Eraclides episcopus Heraclei superioris
subscripsi. Macharius episcopus Anthei subscri-
psi. Sabinus episcopus Panos subscripsi. Athana-
sius episcopus ciuitatis Scepliorum subscripsi.
Phylomenus episcopus Cynne subscripsi. Fœlix
episcopus ciuitatis Apolloniensium subscripsi.
Timotheus episcopus prouinciæ Scythiæ ciui-
tatis

EPHESINVM.

127

ratis Tomorum subscripsi. Zenobius episcopus
ciuitatis Gnosi subscripsi. Paulinianus episcopus
Maiome subscripsi. Phebamon episcopus Copte
subscripsi. Paulcus episcopus Apollonisi sub-
scripsi. Andreas episcopus Hermopoleos sub-
scripsi. Lanas episcopus Arpason subscripsi.
Theosebius episcopus Primæ subscripsi. Maxi-
mus episcopus Asiæ subscripsi. Theotistes epi-
scopus Ptociæ subscripsi. Herniolaus episcopus
Attudeorum subscripsi. Theodorus episcopus
Gadaron subscripsi manu Etherei archidiaconi.
Athanasius episcopus pari insule subscripsi. Pau-
lus episcopus Orimnorū subscripsi. Timotheus
episcopus Bruilorum subscripsi. Daniel episco-
pus Colonia Capadociæ subscripsi. Asclepiades
episcopus Trapezopolitarum subscripsi. Theo-
dorus episcop⁹ Eschinei subscripsi. Bessula Dia-
conus ecclesię Carthaginensis subscripsi. Stepha-
nus episcopus Gaiopoleos Asiæ subscripsi. Cæ-
sarius episcopus Arche subscripsi. Theodorus
episcopus Eluse subscripsi. Theodorus episco-
pus Aripdelon subscripsi. Letoius episcopus Li-
biadis subscripsi. Aristocratus episcopus Olym-
pi subscripsi.

EPISTOLA EPISCOPORVM QVI

*Constantinopoli inuenti sunt ad sanctum Ephe-
sum scripta Concilium.*

Q



Anctissimis & honorabilibus archiepiscopis & patribus congregatis per dei gratiam in Ephesina metropoli Cælestino, Cyrillo, Iuuenali, Firmo, Flauiano, Mennoni, Hereniano, Theodoto, & omni secundum vos sancto concilio, episcopis qui Constantinopoli sunt inuenti in domino salutem. Oportebat quidem nos nõ animis solùm sed etiam corporibus constitutis cum vestra sanctitate & tentationum participari tristitiam & vobiscum certaminibus coronari. Quia verò bellum contra sanctum concilium agitatum ad nos vsque pertensum est, & mare quidem in nauigabile, terra verò inaccessibilis exinde venientibus per eos qui itinera obfident, facta est, non habentes quid faciamus in lachrymis & letaniis quæ sunt nostra cõtulimus, & peruenire ad vestram beatitudinem non valentes, desideria veluti manus vobis accommodauimus, eos quidem qui damnati sunt, simul cõdemnantes & sanctos Christi pariter erigentes. Facti tamen sumus neque his, qui hic sunt inutiles, confortãtes quidem populum, & multorum accendentes zelũ, ministrantes autẽ & sacerdotibus quęcunq; placuerunt. Sed quoniã pauca sunt & quantum absentes possunt, præsumpsimus & epistolam sudoris proprietatis beatificantes, & seorsum vnique sanctorum patrum, & communiter omnibus ea, quæ prophetarum sanctorumque patrum sunt, eloquentes, quoniam tanquam patres sancti & cælestis vocationis digni, repu-

reputati estis sicut oues occisionis, tota die pro Christo mortificati, fraudati, afflicti, contristati, vos quorum dignus non erat mundus. Ideoque date etiam nobis horum, quæ sunt agenda, consilium per epistolam, vt siquidem oportet apprehendere sanctam Synodum, & reliqua certamina simul explere, hoc faciamus, prompti enim sumus, si verò hic sustinere præcipitis, quoniã propter adorandum deum bona à deo amabili atque piissimo imperatore nobis promittuntur. Hoc facite manifestum, ne diutius simus vehementi cogitatione consumpti. Data Mense die. xx. indictus. xv.

PRECES CLERI CONSTANTINOPOLITANI pro Ephesino Concilio.



Cientes vestram sanctitatem plurimam quandam facere rationem & sanctarũ dei ecclesiarum, & quę in eis prædicatur piæ & à patribus vobis traditæ fidei, & quanta quidem à vobis pro ea laborata sunt, quãta verò rursus propter eius studium vestræ pietatis consistunt, præsumimus propter hoc apud Christo amabiles aures vestras de turba, quæ nunc est, domus ecclesiarum. Vestri enim præcepti intentio piissimi principes super alias legis lationes etiam vt oporteat obediri omnibus principibus iubet, quando persuasio esse videatur utilis animabus. Dum verò utilitatis terminus effugerit, tunc ha-

bendam esse licentiam etiam ad vestrum apicem sacratissimarum legum explanatores precipiunt. Et precipue quando imperium recte fidei rebus ornatur in parte virtutum & nos ipsi hoc quodammodo reputantes, & valde in hoc munificentiam adepti. Quam diu loquebar in conspectu Regum & non confundebar, frequenter nobis cantatur, & propter hoc inuitate in similibus fiducia temporibus, non est imitatio deferenda. Hanc igitur fiduciam & nos oportere nobis adesse credentes, per hanc supplicationem nostram sententiam palam vestrae facimus pietati, quia si vestra potentia facta quasi donationem contra sanctissimos & deo amatissimos episcopos Cyrillum & Menonem ab abscisis a sancto concilio, quorum plurimi haeretici & sine ciuitatibus & excommunicati sunt, suscipere suadetur, auctoritate horum, qui in hoc decreto residerunt, & potestate vsi sunt & sententiam susceperunt irrationabilem existentem & inualem per omnem modum & infantilem, eod quod neque reuerentia ab initio ab aliquo custodita sit in sancto concilio in talibus auditorij robur habere, nec increpatio in aliquo interdictorum sacerdotio sit secuta, omnes nos parati sumus cum ducentis Christianis alacriter periculum sustinere cum praedictis sanctissimis viris, & ad nullius periculi segnes experimentum, hanc eis competentem compensationem pro fidei periculis conferre credentes. Et in hoc proposito nostrum vnoquoque constructo vestram exoramus dignitatem atque deposcimus, sicut etiam

credi-

credimus iustum a vobis confirmari plurimorum sententiam, qui & secundum auctoritatem catholicarum, & subtilitatem examinationis recte fidei similia viro sanctissimo decreuerunt, & quia recte sapit vestrae insinuare potentiam, & non sub pacis figura, vel ne videatur parua quaedam pars Orientis abscidi, quia nec ipsa ab unitate abrumpi poterit, si ea quae regularum sunt, tenere contendit, omnem simul orbem terrarum confusum despiciatis. Si enim vniuersalis concilij princeps cui consentanei omnes per ea quae deposuerunt, facti sunt, pertulerit aliquid horum, quae non conueniunt citra consequentiam regularum, cum vestra pietas placide talium communionem spoliauerit, & propterea etiam concilium collegerit, ne eam propriarum sanctionum potestate fraudaret, palam est, quia per propriam laesionem & contra alios ei consentaneos calumnia confirmabitur, & necesse erit omnes totius orbis episcopos condemnari pariter cum praedictis sanctissimis viris, & circumstabit de caetero sicut videtur Arrio & Eunomio orthodoxae opinio, utpote Nestorio quidem rationabiliter propter impiam doctrinam damnato, Cyrillo autem & Menone sanctissimis episcopis indignè & illegaliter & indecenter simile sustinentibus ex circumuentione dispendium. Nequaquam igitur Christo amabiles principes nutricem vestram ecclesiam laceratam despiciatis, quae securitatem vestrae potentiae, & contra hostes triumphos exaltat, neque martyrij monumenta imperij vestri tempora de-

monstretis, sed primogenitorum vestrorum circa ecclesiā dilectionem animo sumentes, & quomodo vnusquisque illorum secundum propria tempora facto concilio sanctorum patrum obediuit, & propter definitiones ab eis prolatas muniendam per legislationem circa eos reuerētiam monstrauerunt, sic & ipsi æqualia circa nunc à nobis celebratam sanctam Synodū sapere concupiscite, quatenus ab ea gratificos hymnos pro imperio vestro purè sanctèque fructificetis, nos pro vestræ constantia maiestatis orationes puras offeramus domino Christo piissimi & Christo amabiles imperatores.

ITEM EPISTOLA SANCTI CYRILLI ad Constantinopolitanos.

LXIX.




YRILLVS Theopemto Potamoni, Danieli, dilectissimis & cōministris, in domino salutem.

Plurimæ cōtra nos factę sunt illic detractiones, tam ab Alexandria sequentibus nos de balneo multis, quàm canonicabus egredientibus, Sicut autem aiunt dicitur adrogantibus, quia etiam per machinationem meam & non secundum intentionem sancti concilij damnationem Nestorius passus est. Sed benedictus saluator, qui talia dicentes redarguit. Veniens enim Ephesum dominus meus comes sacrarum largitionum Ioannes reprehendit hoc obloquentes nihil inueniens veritatis. Vidit autē quia propriam instantiā sancta Synodus pro fide habet

haberet, neque mihi donans, nec alteri cuiquam, sed sancto Zelo mota, & nō ferens illius blasphemias damnauit eum. Lectis autem literis piissimorum & Christo amabilium principum, per quas trium damnationes dicuntur esse susceptæ custodimur, nescientes quid euenturum sit. Veruntamen gratias agimus Christo, quando digni efficiamur pro nomine eius non vincēti fieri solummodo, sed etiam omnia sustinere. Non enim causa sine mercede est. Non autem passa est Synodus communicare Ioanni sed instat dicens: Ecce corpora, ecce ecclesiā, ecce ciuitates. Potestatem habetis, Nos cōmunicare impossibile est orientalibus, nisi soluatur, quod ex eorum calumnia est machinatum aduersus comministros nostros, & confiteantur fidem rectam. Reprehenduntur enim quæ Nestorij sunt loquentes & sapientes & confitentes. Omnis igitur constantia in his est, orent pro nobis omnes orthodoxi. Sic enim ait beatus Dauid. Ego in flagella paratus sum.

SERMONES DIVERSI SANCTI CYRILLI Archiepiscopi dicti apud Ephesum, collectis celebratis, & excommunicatis orientalibus.

Sermo primus habitus in maiore ecclesia, quæ vocatur Maria.



Dies est & hodie dominus noster Iesus Christus dei & patris sortem propriam habēs. Flectitur enim ei omne genu, & omnis lingua confitetur, quia

Q iij

dominus Iesus Christus in gloria est dei patris,
ipsi dominatio in secula seculorum. Amen.

*SERMO EIVSDEM HABITVS
in ecclesia sancti Iohannis Evangelista.*


L I. **S**anctorum quidem honore & gloria
omnium minor est quilibet sermo, fue-
runt enim lumina in mūdo verbum vi-
tæ obtinentia, secundum quod scriptum
est. Quando autem sacra mysteria loquuntur, de-
cet ab omnibus dici ad eos. Non vos estis, qui lo-
quimini, sed spiritus patris vestri, qui loquitur in
vobis. Prædicant enim nobis Iesum, lumen
verum vitam æternam. Cui & nos dicimus secun-
dum vocem beati David. Omnis terra adoret te,
& psallat tibi, psallat nomini tuo. Cum enim ad-
huc prolatum per Moysen teneret mandatum,
nondum euangelicis prædicationibus illatis, no-
tus erat in Iudæa deus & in Israël magnum no-
men eius. Subtilis vocis erat & parvæ linguæ
Moyses. Propterea in sola custodiebatur Iudæa
lex. Cum verò lumen nobis resplenduit verum
& proximè nobis participatum est carne & san-
guine deus existens verbū, plena facta sunt om-
nia eius ubique templa & altaria, ubique chori &
adoratores & pastores boni & rationalium oviū
greges angustas ostendentes præ multitudine sa-
cras aulas. Ante nostri enim saluatoris aduentum
terrenum genus errabat. Colebant enim creatu-
ram citra creatorem, Adorabant opera suarum
manuum,

manuum, & unicuique errantium deus erat, quod
placuisset. Sed illuxit nobis, sicuti dixit, unigeni-
tus dei verbum, pastor bonus, agnus verus, quem
sancta genitrix & inexperta nuptiarum ex virgi-
nalibus lumbis nobis peperit, germen viuificans,
inhumanatum deum liberum in serui forma se-
cundum nos propter nos, & supra omnem crea-
turam subditum, secundum nos & gloria deo de-
cibilem semetipsum humiliantem, & confiden-
tem patri, qui semetipsum exinaniuit, & ex pro-
pria plenitudine distribuit bona sanctis, adoran-
tem nobiscum humanè, & adorandum tanquam
deum nō in terra solum, sed etiam in cœlo. Dum
enim inquit, introducit primogenitum in orbem
terrarum dicit. Et adorēt eum omnes angeli dei.
Quis enim est qui ingressus est in orbem terra-
rum? Quo autem omnino delatus est modo. Im-
bue nos Evangelista. Dicitis nunc o beate Ioan-
nes qui filius vocatus es tonitruum magnū aliquid
& eximium sonans sub cœlo, immortales habēs
voces, & obliuio atque tempus tuis cedunt ser-
monibus. Hæc tanta pastorum congregatio ve-
nit apud te, reuolue nobis lapidem, sicut beatus
Iacob pastoribus reuelavit puteum vitæ. Da au-
rem & nunc ex veritate saluatoris, magis autem
tuum nobis appone fontem. Audiamus itaque
dicentem. In principio erat verbum, & verbum
erat apud deum, & deus erat verbum, Hoc erat in
principio apud deum. Sed quia quidem unigeni-
tus dei verbū ineffabilem habet ex parte essen-
tiam credimus. Adde quod minus est nobis Euā-

gelista. Audi rursus dicentem. Et verbum caro factum est, hoc est homo, factus est autem homo unigenitum dei verbum, non amittens esse deus, sed etiã in assumptione carnis manens quod fuit. Inconuertibilis enim est & immutabilis verbi natura, & nescit pati mutationis obũbrationem. Hęc sapere nos docuit beatus Euangelista, stella verè magna atque clarissima, stella vtilissima non his, qui sensibile transeunt mare, sed mercatoribus pietatis, amatoribus veritatis rectè habere volentibus inenarrabilem fidem. Si quis ergo concupiscit hoc nauigare modo, velut stellã habeat deiloqui voces in animo, & ita amarus hæresium transiliet fluctus, ita ad tranquillum accedet portum, & ad ipsam perueniet veritatẽ, hoc est Christum Iesum, cũ quo patri gloria & potestas cum sancto spiritu in secula seculorum. Amen.

EIVSDEM CONTRA

Ioannem Antiochenum.


aritatis diuinæ virtutem per sacram docemur scripturam. Nihilominus autem & ipse nos saluator edocuit dicens: Qui me diligit, me sequatur, Et vbi sum ego, ibi & minister meus erit. Oportet ergo nos semper simul esse, diligere, sequi omnium nostrum saluatorem, nullòque modo ab eo separari. Et hoc seruauimus, dum voluerimus ea, quæ eius sunt, hoc impleuit clarus iste sacerdotũ chorus, de quibus dicitur satis iustè, quod
Prophetæ

Prophetæ voce probatum est. Illic cerui obuierunt sibi, & viderunt vultus alternos, numero transferunt. Et vnus eorum non periet, alter alterum non quæsiuit. Quia dominus mandauit eis, & spiritus eius congregauit eos. Non enim communis cuiusdam rei gratia siue terrenæ forsitam intelligibilium ceruorum hic concursus est factus. Quia vero sicut in horto bono & florantissimo dico autem nostri saluatoris ecclesia, seuus & valdè crudelis apparuit draco, non vnũ habens, sed plurima in vno corpore capita, vtilissimo & necessaria facta est intelligibilium ceruorum congregatio atque præsentia, vt venenosa prauitate agrum dominicum liberaret. Ergo dei spiritus congregauit eos, & dominus mandauit eis. Quid autem mandauit? Vbi sum ego, illic & minister meus sit. Igitur ad te mihi nunc sermo sit, qui aduersus omnes supercilium eleuasti ex oriẽtalibus regionibus veniens. Si sumus ministri omnium nostrum saluatoris Christi, si commissum nobis est ministerium prædicationis eius, cur non omnes sumus cum eo, volentes sapere quæ sunt eius. Leuauit enim vt vides multi capitis draco scælestum prophanũque caput, filiis ecclesiæ sui sceleris venena diffundens venio contra eum, spiritus euaginandis gladium pugno propter Christum cum bestia. Cur non laboras cum eo, qui bene vult laborare, cur non pariter assistis, Percutiatur omnium manu commune certamen iudicemus, vt simul vincentes referamus gratias saluatori, dicentes. Tu humilia-

sti sicut vulneratum, superbum, Tu contriuiſti capita draconis. Sed nos quidem veri ſaluatoris ſacerdotes, eius ſacramentorum miniſtri, hoſtes æſtimamus eos, qui obloquuntur gloriæ eius. Tu vero non ita. Quia verò non accedis germanè, ad hoc rectè ipſe redargunt. Vides nos velut in bello ſcalentes adhuc diſtillantes ex pugna ſudorem, longanimitate ſpiritali & conſolatione indigentes, aut potius iam victores, & tu, qui cõſtitutus es inter fratres, qui tibi Chriſtum dominum inſcribis, qui coarmari debuisti contra veritatis dogmata arma moues. O inopinabilis cauſa. Non tetigisti pugnam, non decertasti cum decertantibus, fugisti belli tempus aduentus tarditate, ſtabas procul inſpiciens viriliter agentes, vidisti cadentem inimicum deficientem & confoſam blaſphemam linguam. Poſtea contriſtatus es, dicito mihi pro qua cauſa? Quia vicit Chriſtus, Quia præualuit inimicis, quia tacuit eos loquens magna, quia ceſſauit languor eccleſiæ filios vexans. Sed erat melius fortiter agere nobiſcum, & illud quoque dicere, quod dauidica voce prolatum eſt, Nonne odientes te, odi, & ſuper inimicos tuos tabeſcam? Perſeçto odio oderam illos, & inimici facti ſunt mihi. Sed nec quidem omninò apud te talium ſermo fuit. Ediuerſo autem victores iacularis, & inuidiæ ſagittis vulnerare contendis, quos oportebat magis à te ſub admiratione laudari. Sed licet ipſe procedas durè nihil metuentes, dicimus, Sagittæ paruulorum factæ ſunt plagæ eorum, & deſecerunt in eis linguæ

guæ ipſorum. Licet armis extrinſecus remetiſſum muniens caſtra, ſtatu renitaris contra congregationem domini. Sed noſtra arma non carnea, ſed potètia domino ſunt. Sicut ſcriptum eſt. Potentia ad deſtructionem munitio. Fortiores enim inuenies quam apud te ſunt. Chriſti milites habètes ſcutum fidei, bonæ voluntatis arma, hoc eſt Chriſtū habètes gladiū ſpiritus. Quocirca licet inſurgas atrox atque terribilis, plurimūque habens ſupercilium, & contra ſuperbum Goliath barbaricis arrogationibus & ineruditionibus aduerſum nos intumeſcas, Sed tamen vincet Chriſtus. Vincit autem per ſuos milites, quomodo vicit Dauid, quinque lapides habens in pera, lenes erant lapides, Et hoc erat in figura Chriſti. Qualis enim erat Chriſti pera terrena eccleſia, multos habens lapides pretioſos & electos. De quibus & propolita dicit. Quia lapides ſancti voluntur in terram. Per iſtos ſanctos lapides præualebit Chriſtus, lenes autem erant lapides, ſicut dixi: Lapidum lenitas ſignificat, quod capi nō poſſunt. Semper enim quod lene eſt, non tenetur, indetinabilis autem eorum eſt conuerſatio. Igitur vincit Chriſtus, vel ſi valueris vulnerare, etiam ſic deuicit, vt ſi ex calliditate nocueris, coronaſti nolens. Nobis enim donatum pro Chriſto, non ſolum in eum credere, ſed etiam pro eo pati. Qui enim credit in eum, nō iudicatur, Qui verò non credit, iam iudicatus eſt.

ITEM EIVSDEM.



Portebat quidem sufficere in præcedentium doctorum eruditionibus & sacris repletos poculis honorare facietatem. Quia verò video ad audiendum avidissimè constitutos, agè & nos pauca dicamus præcedentium consequentia. Est igitur indubitatum, quia in Christi favoribus clarus sanctorum nobilitatur chorus, & exultationem facit eius germanitas charitatis. Itaque beatus Propheta Esaias ad eū alicubi ait: Domine deus meus glorificabo te, hymnum dicā nomini tuo, qui fecisti res mirabiles. Beatus quoque propheta David lingua mea inquit meditabitur iustitiam tuam, tota die laudē tuam, Sed hæc quidē sanctorum intentio. Maligni verò & erronei magnum & venerabile & profundum inhumanationis vnigeniti nescientes sacramentum blasphemant? incaute incontinens os & sine portis aperientes. Ergo audient ad se dicētem prophetam Esaiam. Vos autem obtulistis sic filij iniqui, semen adulterantium & fornicariæ. In quo epulati estis, & super quem aperuistis os vestrum? Nonne vos estis filij perditionis, semē iniquum? filij enim perditionis & iniquum semen sunt, qui redimentem se dominum denegant. Empti enim sumus pretio magno, & non corruptibilibus argenti & auri, sed pretioso sanguine tanquā agni immaculati & inuiolati Christi. Sanguis autem hominis communis & vnus secundum nos, quomodo potuit totius terrarum orbis dignus fieri? Quomodo autem etiam vnus pro omnibus mortuus est, vt omnes

omnes ditaret? Quomodo eius facti sumus, qui verum & natura deum inscribimus? Quomodo eum colimus, qui adorare creaturam propter creatorem declinamus? Sed sicut dixi nuper ingrati sunt quidam saluatoris nostri mansuetudini, negant dominum, repellunt seruitij iugum, vt & de istis dicat Christus per vocem Esaiæ. Væ eis, quia exsilierunt à me, infelices sunt, quia impiè egerunt à me. Ego autem redemi eos, ipsi verò locuti sunt aduersum me mendacia. Mentiuntur enim contra saluatoris nostri gloriam & eminentiam Phariseorum prauitatis, & sceleris imitatores, quia Christiani quidem vultum induunt semetipsis, Iudaizatem verò mentem, & linguam habentes amarā ac venenosam, vt etiā ad eandem dicat Christus per vocem Hieremiæ. Ecce ergo ad te iniuriantem dicit dominus. Iudei siquidem olim surgebant aduersus omnium nostrum saluatorem Christum, inflebant veluti bestię, lapidibus cedebant benefactorem & saluatorem. Deinde ad eos dicebat saluator: Multa opera bona ostendi vobis à patre meo, propter quod horum opus me lapidatis? At illi dicebant ad eum. De bono opere nō lapidamus te, sed de blasphemia. Quia tu cum homo sis, facis te ipsum deum. Hæc antiquorum Iudæorum contra saluatorem nostrum sunt crimina. Illorum autem arrogationis & sceleris æmulatores, rursus quæruntur dicentes, Cur tu cum homo sis, facis te ipsum deū? O stulte & abominandissime, non intellexisti sacramentum. Non enim cum homo esset, se fecit

deum, sed deus existens naturaliter, factus est homo inconuertibiliter & inconfusè. Ex deo patre ineffabilem habens natiuitatem, pertulit natiuitatem secundum carnem ex muliere, & appellatus est filius hominis, vt nos saluos faceret, factus est secundū te propter te, & mansit propter se quod fuit. Cognosce igitur in carne factum vnigenitū, confitere esse deum, qui propter nos inhumantus est. Semetipsum tibi præsentauit dicens: Ipse, qui loquebar, adsum, Loquutus etenim est antiquioribus legem per Moysem, aduenit autem in carne. Suscipe protestantes sanctos Prophetas. Quid ait Baruch solum non manu demonstrans Emmanuel. Hic deus noster, non reputabitur alter ad eum. Adinuenit omnem viam disciplinæ, & dedit eam Iacob puero suo, & Israël electo suo. Et postea in terra visus est, & inter homines conuersatus. Psallit etiam beatus Dauid de ipso. Deus noster manifestus veniet. Vis attestari tibi etiam noui testamēti prædicatores. Audi dicentem Ioannem Baptistam. Parate viam domini, rectas facite semitas dei nostri, vis & aliam satisfactionem super istas accipere. Promisit deus beato Dauid. Ex fructu lumbi eius sedere super sedem eius. At ille gaudens in hoc valde ipsum natiuitatis modum perscrutabatur. Licebit ergo audire dicentem eum. Si introiero in tabernaculum domus meæ, si ascendero in lectum stratus mei. Si dederō somnū oculis meis, aut palpebris meis dormitationem, & requiem temporibus meis. Vsq̄ue quando. Dum veniat. Donec veniā inquit

quit locum domino, tabernaculum deo Iacob. Perscrutaris partum ô beate Dauid, approbo desiderium, laudo patientiam. Sed si quid didicisti amplius, denuncia & nobis. Vbi erit natiuitas, & in quo, putas, fiet loco. Audi palàm dicentem. Ecce audiuius eum in Ephrata. Inuenimus eam in campis syluæ. Ephrata dicens, significat Bethleem, & attestatur deus, per vnum sanctorum prophetarum. Et tu Bethleem domus Ephrata parua es, vt sis in milibus Iuda, Ex te enim mihi procedet, vt sit in principem Israël, & egressus eius à principio, ex diebus seculi. Audis quia Bethleemitem secundum quod factus est homo, à principio seculi egressum habere confirmat. In principio enim erat Verbum, Sed confundor inquit deum confiteri, ex muliere natum, Dicito mihi, increpas ergo sacris consiliis, negas dispensationem, resistis domini voluntatibus, si voluit saluum facere terrarum orbem? Sapientior nè es à sapientia? O inopinabilis causa. Lucerna cum Sole contendit. Nouit suorum operum viam omnium dominus. Suscipe igitur dispensationem, honora fidei sacramentum. Noli perscrutari quæ ultra te sunt. Noli requirere quæ ultra rationem sunt, crede nobiscum. Si autem manseris inobediens, ille fidelis permanet, & negare non potest semetipsum. Ipsi gloria & potestas cum sancto spiritu in secula seculorum. Amen.

R.

LIIII.



Vi sacras respiciunt scripturas, cor sapiens habent, operibus bonis disciplinatum & recta fide clarum. Scientiæ autem veræ amor vitæ terminum habet, & satisfacit nobis ad hoc ipse saluator ad cælestem patrem & deum sic dicens: Hęc autem est æterna vita, vt cognoscāt te solum verum deum, & quem misisti Iesum Christū. Ergo coniuncta est dei patris scientiæ & de filio, & ita causa viuificans. Quando verò separatur alter ab altero, claudicat omninò scientia. Sic & dominus noster Iesus Christus Iudæorum populis loquebatur dicens. Neq; me nōstis, neq; patrem meum. Si me sciretis, & patrem meum sciretis. Et rursus putabant Iudæi suos patres in monte naturaliter & verum vidisse deum, quando descendit in specie ignis in montem Syna. Estimabant enim pro veritate audiuisse vocem eius. Huius rei gratia mirati quidem sunt sacratissimum Moysen, diminuentes verò dominum nostrum Iesum Christum propter humanitatem, scelestè dicebant. Nos scimus, quia Moyse locutus est deus, Hunc autē nescimus vnde est, Quid ergo ad hęc Christus? Amen dico vobis, neque speciem eius alicubi vidistis neque vocem eius audistis, & verbum eius non habetis manēs in vobis, quia quem misit ille, huic vos non creditis. Verum dicit omninò veritas. Non enim erat in monte Syna natura dei, quæ videbatur, sed potius ignis, factæ sunt

sunt autem & voces tubæ, fumus autem erat accensus & veritatis figuræ præostendentes veritatem. Descendit enim omnium deus in specie ignis, in montem Syna, & propter quam causam in specie ignis. Quia enim futurus erat determinare eis legem, in specie ignis tunc maximè utiliter apparebat, vt scirent transgressores quia aduersus ignem haberent. Sic etiam beatus Moyses temperatior efficiens formidine delinquentes, sæpe loquebatur. Dominus noster ignis consumens est, factus est autem & fumus & tenebræ. Tenebræ quidem incapabilitatem diuinæ scientiæ vrbane nobis ostendunt, fumus autem docet figuratè, quia eos, qui contemnere volunt sacras leges modis omnibus lachrymæ subsequuntur. Lachrymari namque necesse est oculum corporis in fumo. Igitur Iudæi quidem non viderunt speciem patris, nos autem eam vidimus in Christo. Est enim ipse verissima pulchritudo, genitoris figuræ splendor. Nam licet apprehāderit carnem & sanguinem deus existens verbum, & appellatus sit filius hominis, non exanime neque sine mēte corpus suscipiens, sicut ait insane mentis & hæreticus Apollinaris, sed tamen permansit etiam sic deus. Ita sanctis patribus suum sacramentum per tempora reuelabat. Et multa quidem valdè horū probatio est in sanctis prophetis. Quia verò oportet perscrutari particulatim, age mōstremus ex generationis libro hominem visibilem filium & deum nominatum. Itaq; beatus Iacob Mesopotamiam relinquens ad patris

domum denuò remeabat, & duas filias Laban sumens & eis filios sibi procreatos trāspofuit Iacob. Nomen autem est hoc torrentis. Sed sicut ait scriptura diuinitùs inspirata, transpofitis filiis & vxoribus remansit Iacob solus, & luctabatur cum eo homo vsque ad mane. Et vidit, quia non potest ad eum, & terigit neruum scemoris eius, & aruit neruus scemoris Iacob cum luctaretur cum eo, Et dixit, inquit, homo, qui luctabatur cum Iacob, dimitte me. Ascendit enim matutinum, Ille verò dixit: Non te dimittam, nisi mihi benedixeris. Et benedixit ei ibi & vocauit Iacob nomen loci illius species dei. Vidi enim inquit deum facie ad faciem, & saluata est anima mea, O sapientia sanctitate decibilis. Hominem videt luctantem secum, & dicit patriarcha. Vidi deum facie ad faciem, & saluata est anima mea. Intellexit enim mox inhumanitationis sacramentum, reuelante ei spiritu sancto. Veruntamen illud obserua, tota nocte luctabatur cum eo. Cùm verò mane fuisset factum, dimitte me inquit, Ascendit enim matutinum. Quid putas figura significat? His qui velut in tenebris & nocte cōsistunt, & ignorationis caliginem habēt in mentem. Luctatur & repugnat Christus. Inimicos enim æstimat eos, Cùm verò ortus fuerit in mēte intelligibilis lucifer, quando velut quidam dies ver diuinæ scientiæ resplendet, lumen tunc resoluit pugnam. Luctatur etenim & præliatur aduersus eos, qui velut in nocte & tenebris obscurum & sine luce cor habent. Nox verò pugnat aduer-

aduersus eos, qui in lumine sunt, & habent in mente intelligibile matutinum. Suscipe igitur homo intelligibilem luciferum, resplendeat tibi veritatis lumen. Quiesce repugnans Christo. Nescit vinci, vincit autem semper, & omninò licet factus sit nunc homo vnigenitum dei verbum, tamen non destitit essentialiter deus, inconuertibilis & immutabilis existens. Ipse igitur est & ex patre tanquam verbum, & ex muliere homo secundum carnem. Vnus enim deus pater, ex quo omnia. Ipsi gloria in secula seculorum. Amen.

ITEM EIVSDEM.

Beatus propheta David in deo cōfidentes audacissimos ostendit dicens: Viriliter agite, & confortetur cor vestrum omnes sperantes in domino. Plantationes etenim quæ in Paradiso sunt, aquis vberimè defluentibus augentur & nutriuntur, & ad celsitudinē leuantur. Magna porrò viri anima sancti spiritus consolationibus irrigatur ad pietatem, firmatur ad fidem, inquassabilem suscipit patientiam. Quam videlicet præcipuè supra omnes alias virtutes, beatus Paulus animatus est, ita dicens: Non solum autem, sed etiam gloriantes in tribulationibus. Scientes quoniam tribulatio patiētiam operatur, patiētia verò probationem, probatio verò spem, spes verò non cōfundit. Est itaque patientia totius nobis bonitatis occasio, iter ad bonam

L. P.

probationem, pabulum spei in futuro seculo. Apprehendamus itaque patientiam, & quemadmodum docet sacra scriptura. Dicit enim: Si accesseris seruire domino, præpara animam tuam ad tentationem. Dirige cor tuum, & conterritus esto. Sed fortè dicit aliquis, Non poterat aliter homo placere, non poterat præter laborem corrigere posse quod bonum est? Nequaquam inquit. Et pro qua causa? Multi namq; valdè sunt sanctis inimici, & atrox circa eos est bellum. Propterea saluator ipse dicebat: Tribulationem habebitis in mundo, sed confidite, ego vici mundum. Quocirca quoniam multum vndique sanctorum bellum ferre iuueniliter necessarium est eos inuasiones tentationum, & meminisse dicente apostolo Iacobo, Beatus homo, qui suffert tē-tationem, quia probabilis effectus recipiet coronam vitæ, quam promisit deus diligentibus se. Volo autem aliquid antiquarum vobis exponere causarum, vt agnoscatis spiritualis fortitudinis terminum. Babiloniorum tyranni, & qui apud eos sedes imperij gubernabant præparati quodam modo semper fuerūt ad crudelitatem atque superbiam. Et humanitatis transcendentis terminos dignitatem, quæ soli, qui super omnes est, deo conuenit, in semetipsis abripere nitebantur. Deniq; superbus Nabuchodonosor statuit imaginem auream, & clangentibus & benefonantibus organis adorare iubebat populos sibi subiectos. At illi non irrameditatum habentes colere creaturam potius quam creatorem deum, paratissime

tissime quidem ad hoc pergebant, mutaueruntq; gloriã incorruptibilis dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis. Cùmque Hebræorum filios deduxissent ad mediũ Babilonij, Erant autem Ananias, Azarias, & Misaël adorare auream iubebant imaginem, & nobile ac deo amabile genus opprimebant, ad simile sui labi peccatum imaginem auream adorando. Sed agebant quidem nihil. Victi autem amore, quo illi tenebantur in deum, incendijs eis intulere tormētum. Crimen etenim erat possidentibus fidei firmitatem & fixis ad pietatem humanam refutare culturam, & nolle sapere quæcunque diuinæ nature contumelias irrogant. Cùm verò missi fuissent in camino ignis, tunc utique, tunc ineffabilis virtutis facta est magna probatio. Mutabatur enim elementorum virtus in hoc quod contra naturam est, & creatoris nutibus cedebat ignis, & in spiritu roris sibilans flamma vertebatur. Porrò iuuenes supernum sentientes auxilium canebant in camino ignis diuinis hymnis mansuefacientes ignem. Ecclesiæ namque figuram caminis habebat sanctos habens exultantes non homines solos, sed etiam angelos, Admiratus es virorũ virtutem, laudasti patientiam, amoris diuini magnitudinem. Videamus in quibus sunt ea, quæ nostra sunt. Illi siquidem sub tyrãnis barbaris erant. Nos autem sub sceptris pijs piissimos habentes eos, qui omnium rerum obtinent principatum, quomodo cedemus inimicis. Nam etsi caminum accedunt insidiarum, & flammam suscitant sce-

rum, hominis culturam nobis introducentes, sed nos habemus Deum in cœlo, ipsum adoremus. Deus enim existens naturaliter factus est secundum nos non amittens esse deus. sed honorans hominis naturam. Potens ergo est eripere nos. Nos enim fidem piissimorum sequentes Imperatorum, & inhærentes eis mansuetudinis magnitudinem scientes, aduersariorum scelera non feramus. Confitemur autem, quia deus secundum naturam est Emanuel, Et hoc dicentes, & ita constituti vberissimam lucrabimur retributionem. Et quæ sit hæc ipse docet nos dicens: Omnis quicumque confessus me fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo, qui in cœlis est. Quicumque autem negauerit me coram hominibus, negabo & eum coram patre meo, qui in cœlis est, Confiteretur autem eum qui dicit, quia verus est deus, & incredulos increpat. Negat rursus qui non dicit, quia deus est verus, sed etiã qui cõfitentibus repugnat. Ergo negabit quidem illos, confitebitur autem nos omnium saluator, cui gloria & potestas cum patre & cum sancto spiritu in secula seculorum. Amen.

*THEODORI SANCTISSIMI EPI-
scopi Ancyranæ. Sermo de nati-
uitate Saluatoris.*

Clara & inopinabilis præsentis causa festiuitatis. Clara quidem, quoniam communem hominibus introduxit salutem. Inopinabilis autem, quia ratio-

neq

nem naturæ vicir. Natura quoque post partum nescit vterius virginem. Gratia verò & parientem ostendit, & matrem facit, & virginitati non nocuit. Gratia enim erat castitatē seruans. O terra sine semine, & fructum germinans salutarem. O virgo, quæ ipsum vicisti deliciarū paradisum. Ille namque sine semine plantationū genus protulit, ex virgine terra exortis plātationibus. Hæc autem virgo ab illa terra melior est. Non enim pomorum protulit arborem, sed virga Iesse fructum saluatorem hominibus afferentem, & illa terra virgo erat, & ista virgo. Sed illius quidem arborem nasci præcepit deus, huius autem virginis ipse creator secundum carnem factus est germen. Neque illa terra frondes ante arboris suscepit, neque hæc ex partu virginitatem læsit. Virgo paradiso gloriosior facta est. Ille enim dei cultura factus est, hæc autem secundum carnem deum coluit, eligentem hominis copulari naturæ. Vide quomodo factum est inopinabile sacramentum transcendens naturæ rationē. Quia enim est verbum dei, palam est, & ideo virginitatem non soluit. Quæ parit carnem puram virginitate cessat. Sed quoniam natus est carnaliter verbum deus, custodit virginitatem sei. sum rationem ostendens. Quando autem verbum audis substantialiter, substantialiter intellige, nō hoc quod per hos effunditur. Pariter ergo vnigenitus filius dei, qui etiam verbum vocatur, nō principium vt sit verbum ex partu percipiēs, sed vt fieret homo principium partum faciens. Erat quidem ante secula

deus verbum genitori coæternum. Quia verò homo propter homines fieri voluit non mutatione diuinæ naturæ sed miraculo & voluntate tanquã principium, vt fieret homo, partũ amplexus est. Neque enim nostrum verbum cum pariter corrumpit mentem, neque deus verbum substantiale partum eligens perimit virginitatem. Vitra rationem est ergo naturæ quod factam est. Et nequaquam descendas ad rationes naturę. Miraculum tibi dico, noli mouere sermones. Deum natum tibi dico eligentem partum, non inchoãtem diuinitatem. Deus proprium fecit partum, non partus eum. Deus constituit quod erat, mansit, & factus est quod non erat. Hoc ergo per dispensationem volens fieri quod non erat, elegit partum tanquam dispensationis initium, factus est homo non mutata diuinitate, non motis terminis diuinæ substantiæ. Tu enim idem ipse es, & anni tui non deficient, diuina scriptura dicit: Et tu qui sedes in æternum. Per hoc ostendens diuinæ substantiæ immutabilitatem: Et rursus inquit deus idem ipse sum, & non mutabor. Non ergo mutata substantia dei factus est homo, neque conuersus in naturam alienam. Nam nõ esset miraculum, quod factum est, si naturæ mutatio naturam suscepisset. Multæ enim apud nos fiunt huiusmodi rerum mutationes. Sed in hoc miraculum facit deus, quia manens quod erat, factus est quod non erat, Quod etiam significans magnus Paulus dicebat, qui in forma dei existēs. Qui in forma dei existens ait, non qui fuisset aliquando, vt naturæ perman-

permanſionem ostenderet. Qui in forma dei existens non rapinam arbitratus est esse æqualẽ deo. Esse dicit æqualem deo, non fuisset aliquando. Deinde rursus ait: Sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens. Et illud existens, & hoc factus. Miraculum faciens, non naturam mutans, volens non coactus mutatione substantiæ. Quid enim dicit. Deus facit, licet vltra rationem naturæ sit, quod fit, habet enim & virtutem miraculum, facere valentem & non expectantem naturæ rationem. Propterea & est deus & exinaniuitur in serui forma & æqualis est deo. Et homo fit, & est ante secula & partum sustinet, & ea miracula facit, quæ ratio naturæ nescit. Hinc etiam pagani stultitia putatur Christi sacramentum, & Iudæi scandalum dicunt dispensationis rationem, quod & Paulus significabat dicens: Prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scãdalum, gentibus autem stultitiam. Quare stultitiam gentibus? Quia animalis homo non suscipit, quæ spiritus sunt, Stultitia enim ei est. Naturæ enim adhærens animalis, & rationibus animæ omnia perscrutatus miracula dei stultitiam putat, cum non habeant secum naturæ rationem. Audiens scilicet Paganus, quia clausa ianua ingressus est saluator gerens hoc pingue corpus & loco egens ridet nõ credens miraculo, & quærens rationem causæ. Et audiens quia virgo pariens mansit virgo, stultitiam putat sermonem non discens credere deo, neque miraculo dei. Ergo & immutabiliter deum, hominem factum impossibile na-

turaliter putat esse, quod dicitur, etiam hinc mutationes exigens. Sed non ita Paulus edocuit, dicens eum, qui æqualis est deo, factum hominem. Semetipsum namque exinanisse dixit non amittentem plenitudinem diuinitatis. Vnde etiam dicit: Nos autem prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam. Et quare gentibus stultitiam, si purus crucifigitur homo? Nulli putatur stultum quod naturaliter agitur. Si quid naturale est, patitur, quomodo putatur stulta narratio. Sed quoniam ait Christum crucifixum prædicamus, quem rursus dicimus dei virtutem, & dei sapientiam, ipsis enim inquit electis Iudæis & græcis Christum dei virtutem & dei sapientiam, tanquam crucifixam sapientiam prædicantes, stultitiam gregis loqui putamur, credere nescientibus miracula facienti deo, sed de omnium natura mouëtibus rationes, & æstimantibus iniuriam deo fieri, qui fecit proprias passiones; vt quod erat passibile, liberaret: Non enim intentionem respiciunt salutarem, & bonitatem deo decibilem sed, solum quia deus sibi copulauit passiones dicunt, non considerantes ex hoc salutis humanæ correctionem. Nihil autem horum, quæ liberant hominem iniuriam deo facit, quæ ostendunt non passibilem sed clementem. Sed hominis inquit passiones, non præsumo deo coniungere. Ergo neque sanare eum passiones hominum dicis, neque cruce expoliassè virtute diabolum, neque nostrum peccatum adfixisse ligno, neq; propriis passionibus sanasse homi-

hominum passiones, neque morte dicis eum destruxisse mortem. Si enim non fecit deus proprias passiones, vnde passionibus Christi tantarum correctionum sunt factæ virtutes. Quomodo perempta esset morte mors, nisi deus propriam eam fecisset. Sed istæ passiones propriæ factæ dei, virtutem quidem tantarum correctionum ex diuinitate perceperunt, tanquam dei propriæ factæ substantiæ verò diuinitatis non nocuerunt, in sua semper impassibilitate durantis. Quomodo enim adfixum est ligno quod contra nos erat peccati chirographum, homine puro sustinente mortem. Quomodo autem crux peccatum crucifixisset, aut mors mortis tyrannidem destruxisset, nisi hæc facta fuissent dei, & ab illo virtutem sumpsissent, propria faciente quæ sunt nostra non patiente natura. Quid enim significans maximus Paulus dicebat, quia nullus principum seculi huius dominicæ passionis sacramentum cognouit. Si enim cognouissent inquit nunquam deum gloriæ crucifixissent. Propterea dicimus & manere eum quod fuit, & factum, quod non fuit. Substantialiter namq; manens, quod fuit, suscepit passiones, semetipsum vniens naturæ passibili. Subiectus factus est, regnum non deponens, factus est homo manens. Et deus verbum incorruptibile existens natura impermutabilis factus est caro. Quomodo & quemadmodum? Non sicut tu cogitare potes, sed sicut ille miracula facere possibilis est, Quando enim miraculum tibi dico desere rationes. Signa enim & prodigia dei fide roborantur,

& non rationibus aduertitur. Non enim aliquid miraculorum nostra ratione consistit, & tamen singula facta sunt, licet ratio non permittat. Hæc magi confessi sunt stellæ credentes, & non naturam perscrutantes. Barbari suscipiunt fide miracula, & fidelis nequaquam. Cur incredulus es in rationem humanam cadens. Qui ex Chaldæa venerunt sicut Euangelista dicebat, hodie ipsi suis muneribus mysterium monstrauerunt, Auro, thure, & myrrha, barbarorum intentionem considera, benè trinam enim speciem munerum ei obtulerunt, Aurum, thus, & myrram, Thus quia deus erat, qui natus est, Hoc enim secundum consuetudinem offerebant eis, quos ipsi putabant deos. Obtulerunt quoque & myrram, passionem ut arbitror mortis, ut hanc annuntiantes. Vides quomodo etiam magi cognouerunt, quia & deus mansit, & homo factus est, suscipiens mortem, factus est aut quod ego, ut nostram eleuaret naturam ad dignitatem suam. Vnitas enim hoc facit, alterius sunt coniungens, Propterea ergo cum deus esset, homo factus est, ut homo fieret deus, hac copulatione ad diuinam gloriam eleuatus, ut vnus idemque sit, & diuinè glorificatus, & quæ sunt humana professus: Et hoc nobiscum confitentur omnes, qui confitentur vnitatem diuinitatis & humanitatis. Quid enim vnitum est, nequaquam duo sed vnum nominatur. Mentem autem rursus diuidis & vnum quodque seorsum contemplaris. Ergo solius vnitatem. Impossibile est enim simul & custodire vnitatem, & vtrumque
seor-

seorsum considerare. Sed quid est vnitum insolubiliter vnum factum est, & nequaquam sunt duo. Sed mentem solam diuido inquis. Ergo hac mente vnitatem soluisti. Si enim disiunxeris ab altero alterum, huius etiam copulationem diuisisti. Quid ergo soluis dispensationem salutarem, duo intelligens & vnitatem repellens. Vnde etiam magnus apostolus ait: Iesus Christus heri & hodie, ipse & in secula, heri & hodie dixit, principium temporis dans. Ipse & in secula ait, vnum eundemque dicens æternum deum, & ex temporibus hominem inchoantem, existentem quidem prius, postea verò factum. Sed quomodo inquit vnigenitus seruus factus est, manens quod erat, & factus est quod non erat? Vis ergo hoc cognoscere, quia factus est, Quomodo factus sit miraculorum opifex nouum. Non enim tu mihi dicere poteris. Quomodo Aegyptiorum fluius sanguis est factus, immutabili aquarum consistente natura, Et enim velut aqua quidem utebantur Hebræi, sanguis autem Aegyptiis Nilus est factus, & factus est quod non erat, manens quod erat, Dic mihi modum, sed non poteris dicere. Miraculum namque dei est, fugiens rationem: Quomodo etiam lumen in Aegypto factæ sunt tenebræ non extincto lumine, sed manente quod erat, Dies enim Israëlitis erat, & clarum eos circumfulgebat lumen, Aegyptiis autem hoc lumen factæ sunt tenebræ. Et vnum erat quod videbatur, lumen erat simul & tenebræ, neque ex hoc mutatum & aliud factum. Non enim luminis

passio tenebræ, sed facta sunt diuina miracula, & rationem non suscipientia naturæ. Quomodo ergo aqua Nili manens aqua sanguis est facta, aut quomodo in sua natura manens lumen tenebræ factæ sunt, Neque enim hoc corruptum, & illud est factum, Non enim corrupta est aquarum natura, quod designabant Hebræi hanc habentes potabilem, sed mansit ipsa in suis terminis, & facta est sanguis quod non erat, deo quippe ultra rationem ostendente miracula. Babilonia quoque flamma quomodo ros tribus facta est pueris, Nam & flamma & ros facta est, & ambo hæc ipso ostenduntur effectu. Quia quidem ros erat, tres edocent pueri per hoc refrigerati. Quia vero etiam & flamma fuit, qui per hanc exusti sunt, denuntiant Babilonij. Vides quemadmodum ignis mansit ignis, & ros est factus. Non duæ res, neque duæ naturæ, sed vnum erat idemque quod videbatur. Quid enim erat flamma, hoc factum est ros, non flamma mutata, & manifestant hoc Babilonij. Sed manente quod erat, facta est ros, & testantur iusti, Nequaquam ergo interrogas me modum signorum dei, Rursus enim dicam tibi miracula, ostendens quidem quia facta sunt, deo autem relinquens miraculorum nosse rationem, Proinde dic mihi hæc miracula fecit deus, & flammam custodiens ros fecit, neque flammam mutans, & ad ros conuertans, ecce soluere volens tyranni sententiam & vindicare studens in multitudine passos, atque noxios consumere barbaros, operatusque est huiusmodi miracula, ignem in
suis

suis custodiens terminis & ros ostendens. Et ut tres pueri liberentur, talia miracula fecit deus, ut autem mundum eriperet, dubitas quia ipse manens deus factus est homo, Non indignit flamma mutari, ut ros operaretur, & ipse homo fieri volens propter salutem hominum non suam naturam indignit permutare. Ignis manens factus est ros, & tu dicis quia non permanet deus, & fit homo, quia naturam nostram sanare volens deus, non per alios salutem nostram sed per semetipsum molitus est. Quia enim omnis creatura deficiebat ad salutem nostram qualitatem habentium malignitatis & erroris. Nam longa nequitiae consuetudo prona hominibus constat, & repellit naturam, sicut propheta propheta, deficiebat quippe ratio nequitia superata angeli ministri nostræ salutis sunt facti, Et attestatur magnus Paulus de angelis, quia omnes sunt ministri spiritus ad ministerium destinati, propter eos qui futuri sunt hereditate possidere salutem. Angelis melior natura, ministrabat salutem nostram. Sed non liberabatur homo nequitia pronus inhærens. Deficiebat ergo ad hominum diligentiam. Nequitia enim malignorum bonorum studia superabat, Non quia vincitur deus, sed quia arbitrio liberæ potestatis virtutem committit. Necessitas enim cogit te ad correctionem, neque nolentem trahit ad virtutem, ut tibi virtutem præparens spontaneam tuam faciat correctionem. Quid ergo? Quoniam & prophetae victi sunt. Nihil operabantur doctores, & lex deficiebat, & angeli stu-

CONCILIVM

dio frustrabantur, voluntate hominum non sequente, quæ bona sunt. Ideoque ipse naturæ creator aduenit, naturamque victam erigere volens adstitit. Non terrens tanquam deus, neque tonitruis auditus percutiens, neque nube circumamictus, & ignem in nube demonstrans, neque tubæ sono audientes terrens, sicut aliquando Iudæis apparuit, timorem iniiciens in deuotis, nec concutiens famulum, sed gratia magis & bonitate euocans eum, Propterea non venit cum imperiali fastigio nec obsequium deduxit archægelorum. Non mouit angelorum exercitus, non enim volebat persequi recedentem fugitiuum suarum legum, sed venit omnium dominus in serui forma, paupertate circumamictus, vt venationem non effugaret, incerto nascitur prædio agrum incertum ad natiuitatem eligens, pauperula pariter virgine per omnia paupera, vt perculentium ad salutem hominem venaretur. Nam si gloria senatus fuisset, & diuitiis multis circumamictus accederet, vt dicerent vtique infideles, quoniam diuitiarum largitas mutationem orbis terrarum fuisset operata, Si maximam Romam elegisset ciuitatem potentiam ciuium mutationem orbis terrarum putarent. Si filius fuisset imperantis potestati vtilitatem ascriberent, Si legislatoris factus fuisset filius, præceptis vtilitatem ascriberent. Sed quid fecit. Omnia paupera & vilia elegit, omnia mediocria, & plurimis obscura, vt diuinitas sola cognosceretur orbem transformasse terrarum. Propterea pauperulam elegit matrem, pauperiorem

EPHESINVM.

138

riorem primam, egens sit pecuniis. Et hoc expressit tibi præsepe. Cum enim non esset lectus, in quo dominus reclinaretur, in præsepi positus, & fit opus immensum prophetiæ & optima nuntiatio. In præsepi enim ideo positus est, quia nuntiabat quod etiam in rationabilibus populis fieret, Dei namque verbum & filius ad semetipsum venit & diuites & pauperes, eloquentes & tardiloquos cum paupertate viuens & in præsepi iacens. Vide ergo quomodo rerum indigentia operatus est prophetiam, & paupertas eum qui propter nos factus est, accessibilem vniuersis ostendit. Nullus enim metuens superbas Christi diuitias tardus fuit, nullum accedere ad eum imperij celsitudo prohibuit, sed cõmunis apparuit, & pauper semetipsum offerens omnibus ad salutem, in præsepi namque dei proponitur verbum per medium corpus, vt licentiam habeat rationalis & irrationalis, participari cibo salutis. Et hoc puto etiam propheta, prius clamabat præsepis huius sacramentum narrans. Cognouit bos creatorem suum, & asinus præsepe domini sui. Israël autem me non cognouit, & populus me non intellexit. Nam licet simpliciore sermo sensum habeat, ostendens Hebræorum in deuotionem irrationabiliu, sed tamen potest & hoc significare ostendente domino, quia ibi ipse positus cibus inrationabilibus factus est. Nam non definita præsepe significat. Sed hoc præsepe inquit particulam, hoc arbitror præsepe definite significatum. Sed hoc quidem philosophetur, qui voluerit varia contem-

S ij

platione scripturæ diuinæ saginatus. Porrò nos ostendimus, quia pauper factus est, propter nos, qui diues est verbo diuinitatis salutem omnibus perceptibilem faciens. Quod etiam significans magnus Paulus dicebat: Propter nos pauper factus est, cum diues esset, ut nos illius paupertate ditaremur. Et qui erat, qui ditabat, & quid ditabat, & quomodo iste pauper factus est propter nos, dicant nobis qui à dei verbo separant hominem, & quid vnitum est separant memoria naturarum, duo quædam dicentes Christum & mentem, solummodo ad satisfactionem ferētes. Quis ergo cum esset diues dicit mihi in ea paupertate pauper est factus, Putas quia apparuit homo, quem tu separas diuinitate? Sed nuquam iste factus est diues, sed pauper ex pauperibus progenitoribus natus. Quis ergo diues, & quid ditauit qui propter nos factus est pauper? Deus inquit ditauit creaturam. Ergo deus & pauper factus est, suam paupertatem illius, qui videbatur faciēs. Ipse enim diues diuinitate etiam propter nos pauper factus est. Neque enim hominem dicere poteris diuitem factum pauperem existentem natura & pecuniis, neque diuitem diuinitate per dignitatem pauperem factum, si nunc ei quæ humana sunt copulaueris. Propterea & apostolus coaptans gloriam diuinitatis humanis passionibus, neque opinione diuidere, neque sermone separare quæ vnita sunt volens eundē ait diuitem diuinitate & pauperem passionibus factum, & aliud quidē per se esse aliud autē propter nos passum

sum fuisse. Qui diues est diuinitate pauper fit humana paupertate. Quomodo non etiam reliqua passus est, semel homo fieri propter clementiam volens? Sed hæc quidem sufficient. Tu autem respice mihi pauperrimum habitaculum eius, qui ditat cælū, vide præsepe sedentis supra Cherubin, vide pannis obsitum eum, qui pelagus arenæ iunxit, vide deorsum paupertatem diuitias eius sursum considerans. Sic & enim gratiæ & clementiæ videbis magnitudinem, si tantam dei condescensionem consideraueris. Nam ipsa paupertate diuitiæ eius diuitis ostenduntur, stella magis declarante pauperem, & barbaros ad præsepe pauperis adducentem. Sed etiam Angeli gaudentes hunc prædicabant pauperem pastoribus, canentes diuitias diuinitatis eius. Nam & magi ei, qui videbatur, thus obtulerunt tanquam deo non separantes naturam à natura, nec opinione sequentes quod vnitum est miraculo semel, sed eum qui apparebat, videntes deum obtulerunt thus ei, munere diuinam dignitatem pronunciantes. Neque autem Angeli opinionibus secundum te, quod natum est, dei Verbum separauerunt, sed scientes & visibilem & intelligibilem clamabant dicentes: Gloria in excelsis deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis, & non alia quidem dicentes secundum te, cogitantes autem alia, & verbis quidem confitentes vnum Christū, mentibus autem diuidentes eum, sicuti tu sensus habes repugnantes verbo, Sed vnum eum denique glorificabāt deum, qui & in paupertate cun-

etis apparebat. Propterea & pannis oblitus est, & ab angelis glorificatus, & in præsepi positus, & à stella denunciatus. Non à stella descendente ad magos, neque enim stellæ loca permutant. Sed quoniam Chaldæorum terra plurimos habet stellarum motus insipientes, virtus superna deducens magos assumpsit stellæ speciem, vt ex doctrina sua Chaldæi quod nesciebant agnoscerent, vt cum astronomiam respiciunt, ab astris Christi mysteria docerentur, quia enim non erat stella, sed virtus angelica ducēs barbaros ad pietatem, ipse Euangelista significat stellam: hanc etiam in die aliquando quidem apparuisse, aliquando verò celatam dicens, altera autem etiam deduxisse eam magos ait, & cum ipsis in Bethleem profectam. Quod nullus vtiq; dicit, sydera facere consuevit, sed virtutem in stellæ figuram Astronomis apparuisse. Quod autem ait de stella stetit eam super puerum virtutē esse denunciavit, quæ apparebat. Nulla etenim stella, quæ in cælo est clara facta est super puerum stans, quoniam spatij magnitudo rapiens aspectus intuitū, neque statum neque metum stellarum manifestum sensibiliter facit. Stetit inquit stella supra locum, vbi erat puer. Ergo relinquens altitudinem stella, quæ apparebat humilior facta est, vt statu suo natiuitatem regis ostenderet. Nam tanquam regem quærebant magi, regis interrogantes partum. Vidimus enim inquirunt, eius stellam in oriente, & venimus adorare eum. Regem quæris ô mage. Qua causa tanquam deo offeres

thus,

thus. Sed noui & regē & deum. Propterea & aurū ei offero & thus. Muneribus simul deū simul regem denuncio, Sed iste qui tunc magos ineffabili virtute ad pietatem traxit, claram hanc festiuitatem hodierna die constituit, non iam in præsepi positus, sed in hac salutari mensa constitutus illud namq; præsepe mater factum est huius mensæ. Propterea in illo est positus, vt in ista comederetur, & fidelibus fiat salutaris cibus, Sed præsepe quidem claram hanc mensam designauit, Virgo autem choros istos virginum germinauit. Bethleemitici autem diuersorij vilitas clara templi prædixit, & panni, quibus tunc oblitus est, nunc facti sunt resolutio peccatorum, Vides illius paupertates, quæ nunc sunt correctiones. Vides paupertatem tantarum factam diuitiarum matrem. Nunquid nocet deorsum vnigeniti ad paruum tempus abiectio, quæ tantas diuitias contulit orbi terrarum. Quid ergo exprobrans Christi in Bethleem humilitatem. Cur paupertatem deducis ad medium eius lucra non computans? Cur indignum dicis deo, quod tantorum bonorum facta probatur occasio? Cur aufert vnigeniti causas, quæ tantam salutem hominibus attulerunt? Cur adhæres passionibus, & non vides passionis correctiones? Cur passionem indignam dicis deo, quæ soluit diaboli tyrannidem? Cur paupertatem dicis indignam deo, per quam mundus pietate ditatus est? Cur mortem indignam dicis deo, qua deus nequitiam demonis triumphauit? Cur hoc solum non dicis, quia

meum peccatū affixit ligno? Noli derogare passionibus, per quas impassibilitas generatur. Noli detrahere abiectiōni, ex qua tyrannis diabolica est destructa. Noli exprobare, quia cæsus est palmis, per quas à peccatis hominem liberavit. Non vincula deo dicamus indigna, quibus vincula ferarum nequitiae soluit. Ne dixeris paupertatem indignam deo, qua diabolus cū diues esset errore pauper factus est. Noli vituperare crucem, quæ destruxit aras. Noli despiciere clauos, quibus orbem terrarum Christus ad vnum sensum pietatis infixit. Noli cogitare quæ vilia sunt, sed correctiones ex his factas ab eo, qui est passus intendere. Quæ non dixeris facta homine puro passo non sponte, & ea, quæ videntur credens, hæc recipere. Cur autem vocas vilia, quæ deus propter hominum salutem amplexus est? Nam & si passionēs naturaliter dicuntur & sunt, sed tamen nostrarum sanitates factæ sunt passionum. Nequaquam ergo hæc passionēs appelles, sed passionū nostrarum potius sanitates. Et noli mihi membra virginis ad opprobrium offerre diuinitatis. Non enim horum indigna natura est, licet aduenientes cōtumeliarum passionēs nobilitatem corporis deuastarint. Non enim turpia naturæ sunt membra, sed per concupiscentias illicitas patiuntur iniuriam. Nam si essent turpia per naturam, non hæc deus propriis manibus formauisset, quia deus non turpium sed optimorum creator est. Vidit enim inquit omnia, quæ fecit deus, & ecce bona valde. Nihil ergo horum, quæ ab eo facta sunt,

sunt, per naturam propriam malum neque turpe fecit. Sed nos prima cadentes creatione concupiscentiis illicitis naturæ nostræ cōtumelias irrogauimus. Si enim conformat deus membra mulieris non accusatur, neque cū inhabitet in eis, iniuriam patitur. In sua quippe creatura, deus non indignè inhabitat. Porro si dixeris quomodo cælum relinquens habitauit in vulua, dicam tibi & ego, quia cum deus esset homo, per hominem factus est, manens deus & substantia non mutatus. Confitemur denique & deum & hominem. Deum quidem ante secula, hominē verò factum ex partu. Deum quidem perpetuè cōsempiternum patri, esse verò hominem incipientem ex partu. Non duos sed vnum, Non dicimus tanquam duo, duplicem verò intelligimus. Neque enim oportet contrarium esse sermoni sensum. Non intelligimus duo, & cōfitemur vnum. Quid enim dispensatione coniunctus est, separat nec sermo, nec cogitatio. Si quis verò intellectus separauit quod coniunctum est, solutum intellexit, & falsus sit intellectus, separans utiq; quod coniunctum est sempiternum. Confitentem habeto intellectum. Vnum dicis Christum eundem & deum, eundem & hominem. Ergo & vnum intellige. Nam si dixeris quidem vnū, intellexeris autem duos, sermonem tuo repugnare facies intellectui. Nam ergo dicas duo quadam differentia separati. Si enim vniuersis sermonem sensum noli separare, Si verò separaueris cogitationibus vnitatem negasti. Nō ergo ad naturas diui-

fas animum tuum deducas. Deo summo mirificante unitatem, crede miraculum, & noli rationibus perscrutari quod factum est, Noli miraculum soluere, rationem inuenire cōtendens. Non enim manet miraculum, cum ratione cognoscitur. In his enim, quæ fiunt semper ratio nota est. Quid nequaquam signum neque miraculum est, Si verò hoc signum atque miraculum est, deferens rationum causas, suscipe fidem, & confitere vnum dominum Iesum Christum & deum & hominem, eundem neque sensibus neque sermonibus rationibusque diuisum. Hæc ea, quæ unita sunt rationibus separantes, dispensationem salutarem sine dubio denegemus. Nam si unitione dei & hominis dispensatio cognoscitur, qui unitatem diuidit, dispensationem negauit, Credamus ergo dispensationis miraculis, & ut Christus cui creditur hanc causam cōstituentibus compenset regna cœlorum. Quæ nos omnes adipisci mereamur gratia Christi, cui gloria, potestas in secula seculorum. Amen.

ITEM EIVSDEM DE EODEM.

LVII.



Lara præsentis festiuitatis causa, & communem hominibus salutem ferens. Clarum præsens quoque collegium gratificæ gratiam suscipiēs, quoniam datur larga gratia his, qui eam cum gratiarum actione suscipiunt. Tanta namque donationis mensura præbetur, quanta magni-

magnitudo gratiarum actionis est, apud eos, qui percipiunt gratiã. Quo circa quando sumens donum gratias retuleris tribuenti, non reddidisti, pro quibus accepisti solummodo. Sed etiam debitorem tibi maiorem eum fecisti, qui dedit. Gratificè ergo suscipite gratiam claram nobis hanc ostendentes festiuitatem. Causa festiuitatis apparitio dei est. Apud homines aduentus eius, qui semper præsens est, aspectus eius, qui cuncta videt, præsentia illius qui complet vniuersa. In sua inquit venit, & sui eum non receperunt. Magis autem ait in mundo erat, & mundus per eum factus est, & mundus eum non cognouit. Sed non hominibus culpa est, hæc ignorantia, Nam propter diuinitatem naturæ incomprehensibilis humanibus rationibus deus est. Non enim potest mens hominum cōspicere deum. Fugit enim humanum sensum, diuina natura celsior nostrarum est rationum. Fraudabamur itaque ex natura meliori à cognitione dei. Quod ne fieret, suscepit naturã visibilem inuisibilis, suscepit corpus tractabile, qui tactu non detinetur. Inuisibilis deus visibilis fit. Verbum tractatur, vnigenitus dei filius fit cognatus seruorum, nè lateret humanam cognitionem natura, quæ humana transcendit. Et noli putare alienum deo, quod factum est. Dudum enim dei præsentia præmeditata figuris est, & semper hominibus agnitus apparuit materiis quæ à nobis videri possent. Nam veniat Iudæus ad medium, adsit qui non credit dei naturæ apparenti hominibus in humana natura, di-

cat mihi quomodo Moyses vidit deum. Naturam vidit, an inuisibilem? Nequaquam. Inenarrabilis est enim rationibus humanis. Quomodo ergo vidit ex rubo ardentem ignem, & rubum non consumi? Cur ergo non credis ei, qui ex virgine natus est, & virginitatem non corrumpit. An certe tu quidem audiens quia ex rubo loquitur deus, & dicit Moyse: Ego deus Abraham, & deus Isaac, & deus Iacob, quia prociēs Moyses adoravit, credis non cogitans ignem, qui videbatur, sed deum, qui loquebatur, cum vero vuluam virginalem cōmemorauero, abominaris & refugis. Dico enim mihi. Quid abiectus est rubus, an vulua virginalis concupiscentiis munda peccati? Nescis quoniam quæ antiquitus gesta sunt, meditatio iuniorum sunt, & horum quæ nunc aguntur. Nam sacramenta præformata sunt per antiqua. Propterea rubus accenditur, ignis efficitur, & quæ sunt ignis non operatur. Illuminat non corrumpit, splendificat nō incendit, beneficium præstat non punit, Putans in rubo non vides virginem, putas in igne, clementiam non vides eius, qui venit. Iudex adest inter eos, qui iudicatur, & iudicium non fit. Iudex in his, qui condemnantur, & nequaquam supplicium. Iudex aduenit, nō iudicans sed docens, non condēnans, sed sanans. Vides quomodo ille antiquus ignis hanc clementiam nuntiavit. Noli mirari, si per vuluam virginalem, cum deus esset, natus est. Nihil enim iniuriam putat deus, quod est occasio salutis hominibus. Tu quidem non ita vilem dei naturam arbitris,

traris, tanquam quæ esse aliquando subiecta possit iniuriis. Nihil enim abiectorum quæ passus est propter nos, iniuriam facit illi naturæ. Propria facit inferiora, vt saluet naturam nostram. Dum ergo quæ abiecta & vilia sunt dei naturam non exhonorant, sed salutem hominibus operantur, quomodo dicis ea quæ causā nostræ salutis iniuriæ occasionem fuisse deo. Apparuit igitur deus hodie per virginem, & virgo māsit virgo, & mater facta est. Incorruptionis enim opifex corruptione non operatur, creatorem immortalitatis nihil corrumpit. Quod autem & Fotinus purum hominem dicit, qui natus est, dei non dicens esse partum, & qui ex vulua processit hominem ponit deo diuisum, dicitur nunc à me, quoniam natura humana per vuluam virginalem nata virginitatem vuluæ seruauit incorruptam. Nullius enim hominis mater virgo permāsit, Vides quoniam duplicem sensum in eo, qui natus est, præbet mihi quod natum est. Nam si secundum nos natus fuisset, homo & esset. Si verò matrem virginem seruauit, deus, qui natus est, à sapientibus cognoscitur. Deus enim aduenit in mūdum, non locum de loco mutās, sed natura circumamictus mea, vt ita dicatur videri v olens naturaliter inuisibilis. Quocirca non habuit initium esse deus ex partu, sed vt pareretur homo. Quia enim cum deus esset, homo fieri voluit propter clementiam circa nos, vt nos iudicem velut cognatum amplecteretur, & vt haberemus præsumptionem, quæ ex propriis operibus fiduciam non habebamus.

Ad tribunal enim adducti, hij quibus ex propriis virtutibus fiducia non erat, sumunt tanquam ex cognato fiducia. Quid igitur aduenit. Deus existens ad homines non locum ex loco mutans, sed inuisibilem naturam visibilem ostendens, & visus ut homo, & tanquam cognatus hominibus apparens, sicut etiam Euangelista predicans dicit. Quia verbum caro factum est. Quomodo possibile est deum verbum fieri hominem requiris, & modum dei miraculorum nos exigis. Si comprehensibile nobis esset, quid incomprehensibile est sermone, miraculum non esset, sed causa naturæ. Si verò miraculum & signum est, quod factum est, cede ratione domino miracula facienti. Quia enim factum, scire te volo, & ex eo quod factum est fidei fructum lucrari, quomodo verò factum sit operanti cede. Nam si tu quidem medico credis iubenti, & non perscrutaris modum curæ, credis arti tuæ salutem. Sed nec aliter quispiam non artifex artificis perscrutatur modum, sed cognoscit quidem quod factum est, modum arti concedit. Tu cum omnia mire à deo facta sint, rationes exquæris tanquam indigens rationibus, ut hæc ipsa cum deo miracula tu quoque facias. Sed quod dixi etiam nunc dico. Rei cuius rationem cognoscimus, huius natura non miraculum est neque signum. Quale est quod dico. Instructor ædificat domum. Rem cognoscimus, materias compositas intelligimus, dicere verò quod factum est, non valemus, & propter imperitiam operari hoc idonei non sumus. Plasmavit
nato

nato cæco oculos unigenitus ex luto, hoc ultra rationem est nostram. Miraculum vocatur, quod rationibus hominum perscrutari non potest. Signum dicitur ultra consuetam naturam nouitas. Et quia quidem factum est nouimus, modum verò dicere non valemus. Et luto siquidem vasa & lateres fiunt, non oculorum pulchritudo formatur non membrana subtilia componuntur, non pupillæ decor, non diuersitas ipsa consistit, non circuli subtilitas cum toto colore coronatur. Luti natura non est, oculi pulchritudinem reuocare. Ergo quod natura terræ non recipit, non enim eius natura in se habet oculi visionem, hoc egit miraculorum creator ad suam voluntatem naturam trahens & paruit natura iussioni. Noli ergo in infirmitatem humanæ naturæ cadere, noli dicere, quomodo hominis natura cœpit deum, quomodo deus factus est homo, quomodo deus verbum factum est caro visibilis, sed quia factum est crede, modum verò & rationem creatori cede. Si autem vis etiam per exemplum hoc declarari tibi, monstrabo quomodo quod incorporeum est, corporatur, quod inuisibile videtur, non propria natura mutatum, sed suscipiens figuram visibilem atque tractabilem. Sermo iste prolatius idem hominum, quo utentes alterutris cōuenimus, & cogitationes adinuicem explanamus, sermo est incapabilis, sed neque manu tractabilis, auditu verò solummodo susceptibilis. Sed dum præsentem prolatium sermonem ad exemplum substantialis verbi defero, non putes me prolatium di-

cere deum verbum. Absit. Verbum enim dicitur vnigenitus interpretante diuina scriptura impassibilitatem natiuitatis eius, quoniam & mens hominis impassibiliter parit verbum. Propterea alicubi quidem filium eum appellat patris, alicubi autem verbum nominat, alicubi autem splendorem vocat scriptura diuina, singula horum nomina de illo dicens vt intelligas ea, quæ de illo dicuntur esse citra blasphemiam. Alibi etenim aliis de eo appellationibus vsa est, apertam gloriæ dei doctrinam facere volens. Quia enim tuus filius eius eiusdem tibi naturæ sit, volens sermo ostendere patris & filij vnam substantiam dicit filium patris, qui ex eo natus est vnigenitus. Deinde quoniam natiuitas & filius apud nos ostentationem præbent passionis in natiuitate procedentis, ideo hunc filium appellat etiam verbum impassibilitatē natiuitatis eius nomine isto demonstrans. Et quoniam pater quispiam factus secundum hominem indubitanter senior suo filio demonstratur præbente hac appellatione, vt præintelligatur filio pater, nè hoc ipsum etiam de diuina natura putares, sed coexistente splendore coæternè patri vnigenitum intelligeres, vocat vnigenitum patris. Splendor enim nascitur quidem ex sole, nõ autē intelligitur Sole posterior, sed ex quo Sol existit, ex sole natus splendor. Coexistere itaque semper patri filium splendor tibi denuntiet, impassibilitatem natiuitatis ostēdat verbum, consubstantialitatem verò filij nomen insinuet. Sed ad præsentia redeamus, & hodie nati verbi
dei

dei præsentiam declaremus, & per exemplum ostendamus, quomodo quod natura non est visibile, visibile fit, & quod non tractatur eo quod incorporeum est natura, inuenitur esse tractabile. Sermo igitur iste, quem proferimus, quo alterutris locutionibus vtimur, sermo est incorporeus non aspectui subiectus, non tactu tractabilis. Sed dum sermo induerit litteras & elementa, visibilis fit, aspectu comprehenditur, tactuq; tractatur. Pone namque mihi aliquem loquentem ad aliquē. Numquid prius videtur sermo, numquid manu tractamus prolatum verbū? Si autem quæ dixit in charta scripseris, quod prius non videbamus, postea vides, & quam non tractabamus prius speciem verbi, hanc per chartā tractas & literas, qua causa? Quia incorporeus sermo corpus chartæ & figuram est indutus elementorum. Ergo quia clarum exemplum factum est, & admonitus es exemplo rei, quæ fit per consuetudinem, age monstremus quomodo vnigenitus filius dei, deus verbum ante secula cum patre incorporeus existens naturaliter, hominis naturam propriam faciens postea per virginem natus est non initium sumens vt esset deus, sed vt apparet homo. Non enim mihi dicas, quoniam de patre natus vnigenitus, quomodo rursus de virgine natus est. Ex patre natus est naturaliter, ex virgine natus est propter dispensationem. Illud tamen quoniam deus velut homo, quoniam & tuus sermo natiuitatis est tuæ mētis. Sed cum sermonem istum, quem peperit tua mens interponere vo-

litteris elementis & litteris & figurare chartæ, manu scribis literas, & quodammodo rursus per manum generas verbum quod neque sumit initium vt sit quando per manum scriptum est, neq; tunc procedit vt sit, quãdo manus literas figurauerit, sed ex mente quidem natum est, vt autem appareret, initium ex manu sermo litteris figuratus suscepit. Quia ergo exemplum palam est, & imago notissima facta est, agere principalibus aptemus imaginem, hic mentem, illic intellige patrem. Hic sermonem ex mente cognosce natum, illic verbum substantiale, & substantialiter ex parte intellige naturam, hic manum vides per litteras parientem sermonem, illic intellige virginem per corpus verbum parientem, non initium diuinitati dantem per partum. Absit. Sed apparendo deum hominibus hominem factum. Quia enim factus est quod ego, necessario factus est, sicut ego, cum naturam meam meumque partum necessario suum fecit deus verbum. Et matrem amplexus est virginem & per vuluam venit ornatam virginitatem. Nihil enim horum, quæ finxit deus, abominatur, quia nihil indignum operum eius factum est. Omnia enim bona, & bona valde. Si ea videamus sicut creator vidit facta. Vidit enim deus omnia, quæ fecit, & ecce bona valde. Impassibilibus ea respice oculis, & sicuti deus hæc, & vides bona valde. Abiice passionem & factorum intelliges pulchritudinem. Quid ergo mirum, si in suo opere & domo inhabitauit deus? Tu verò dicis quidem eum dignè in cælo habitare, indignam verò

manu

mansionem eius hominem arbitraris, causas discernis non veritatem sermonum, sed passionem atque præsumptionem. Dic mihi quid celsius cælum an homo? Quid deo præciosius, Sol an homo? Nolo vt elementorum respicias claritatem, neque propter bonum colorem præponas naturam, neque excellentem claritatem Solis obstupesceas, neq; quia ego pelle & carne indutus sum secundum sacrum Iob, sed rationalis animæ considera nobilitatem. Vide hominis creaturam, & mirare. Animam mentem habet omnibus præeferre valentem. Manus accepit ministrantes sapientiæ mentis instrumenta omnium artium operatur. Solum hoc creaturarum omnium necessitate liberum factum est. Dominum voluntatis propriæ solum hominem formauit deus. Non vides Solem sub necessitate currentem, non vides in vna specie eius dictum. Quare? Quoniam voluntatis suæ dominus non est, tu verò accedes, liber agis quæ vis, non habens necessitatem impellentem te violenter. Liber anima factus es. Sol seruus necessitatis, homo verò voluntate liber. Qui ergo melior, dic mihi, seruus an liber? qui sub iugo necessitatis est? an qui omni necessitate solutus est? Nihil ergo mirum, nihil inopinabile, si in homine inhabitauit deus, quem propriam imaginem motum formans amplexus est. Circa hominem namque suum propositum deus mox in initiis creature monstrauit, puluerem quidem surmens de terra, & fingens eum, Imaginem verò instruens diuinitatis suæ. Cur ergo quid in tali opere

T ij

facturus erat, ita ex vili natura formauit. Quare non claritatem Solis assumens fecit hominem, sed de terra & puluere eum formauit, ex elemento inferius iacenti & conculcabili. Qua causa velis agnoscere. Quoniam futurus erat honorare hominem, vilem edidit naturam, nè celsitudo honoris eleuaret hominem ad superbiam, vt quando ultra naturam honoraretur, reprimeretur naturæ memoria, & magnitudinem honoris agnosceret, non sua dignitate sed gratia conferentis. Ergo & hoc fuit clementiæ creatoris, vt imago dei ex terra haberet naturam sapientiæ mediocris. Quocirca nobile animal homo est, & licet postea contumeliam sustinuerit passionibus inuectis, non tamen eum intendas offendentem, sed ante præuaricationem legis considera imaginis dei cognationem. Cur ergo despicias cadentem, primam eius facturam oblitus, & honorem antiquum non arbitratus, quem ei rursus cum plurima munificentia reddidit deus vnies sibi suam imaginem. Nihil ergo dissonum illius clementiæ factum est. Neque enim iniuriosum est bono domino cõmunicare seruo, rebus seruilibus ad utilitatem famuli. Nõ enim iniuriam patitur per ista qui bonus est, sed quod est per talia magis agnoscitur. Noli mirari causam. Nam si temetipsum domum fabricaueris deo, & in te inhabitabit, licet non ita, sicut in filio. In Christo enim inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Sed ô miraculum, omnis plenitudo diuinitatis in vno habitat, & omnia complet & continet creaturam
totus

totus existens in vno, & à nulla creatura diuisus. Nectibi quod dicitur impossibile videatur. Nam & ego nunc profero sermonem, & is sermo totus est in vno, & verbum in omnibus factum est, & totum verbum cœpit vnus, & à multitudine verbum non circumscribitur. Si ergo res quæ fit & perimitur & in duo tota inhabitat, & in omnibus fit. Quid mirum tibi videtur, si deus & totus in vno inhabitat, & in omnibus inuenitur. Causa igitur festiuitatis, quia deus homo factus est. Sumens humana, vt daret diuina. Suas faciens passioncs vt donaret impassibilitatem, subiens mortem, vt donaret impassibilitatem, subiens mortem, vt largiretur immortalitatem. Denique suas hominum passioncs fecit non natura mutata sed voluntate hæc propria faciens. Et meritò fecit hæc hominem liberare volens. Pro qua vtique causa suas passioncs hominum fecit. Quoniam volebat passione adimere passionem, & morte destruere mortem, & per similia, similia proposuit expugnare. Suas fecit plagas, vincula sua fecit, vt dei factæ passioncs contra passioncs acciperent potestatem. Nõ enim natura dei læsa est. Neque enim mutatione sua suscepit passioncs, & ideo fortitudinem à deo passioncs contra similia perceperunt. Iam enim mors tanquam dei facta destruit mortem, & moriens soluit tyrannidem mortis, Quoniã & deus & homo erat. Non enim purum hominem crucifixerunt Iudæi, neque visibilem solummodo naturam transfixerunt, sed ei, qui in ea erat intulerunt præsumptiones, qui

visibilis naturæ fecit proprias passiones. Et ut hoc quoque tibi fiat manifestum ad exemplum ab initio dictum rationem denuo reducimus. Pone enim principem loqui sermonem, & hunc formari per litteras in charta aliqua, quæ dicitur sacra, & dirigi civitatibus sermonem circumamictum & charta & literis libertatemque donantem, aut alia quædam dona regalia gentibus deferentem. Si hanc quæ dicitur sacra, lingua romanorum suscipiat aliquis inobediens & civitatis inimicus & hostis imperatoris, & sumens chartam, dirumpat. Quid disruptum est hic, charta solummodo, an etiam sermo regalis? Denique si charta rupta est sola, facile est comparare quod ruptum est, & sine reatu est qui rupit, aut quinque obolis solummodo condemnandus. Sed peenam suscipiet novissimam, atque torquebitur, & ad mortis sententiam deducetur, non tanquam chartam decerpens, sed tanquam etiam verbum imperiale dirumpens, cum utique verbum imperiale impassibile sit, neque manibus capiendum per suam naturam neque rumpi possibile. Sed ipsum disruptum est, chartæ & literarum passiones proprias faciens. Vides quomodo quod impassibile est, suscipit passionem dum communicat naturam passibili. Non enim sermo propria natura disruptus est, & passionem chartæ elementorumque suscepit. Non igitur securus sit Iudæus tanquam puerum hominem crucifigens. Quod enim videbatur, charta erat, quod autem in ea celebratur, imperialis sermo. Natus est natura, non prolatus per linguam.

linguam. Verbum namque unigenitus dicitur, non prolatus, sed substantialiter & substantialiter. Nihil enim propria natura patitur, quorum impassibilis ratio est, proprias vero fecit rei visibilis passiones. Et sicut imperialis sermo literarum iniuriam ipse suscepit, & passio chartæ est propria facta sermonis, ita unigenitus dei deus verbum crucifixi proprias fecit passiones. Propterea sicut qui sacram imperialem decerpit, tanquam imperatoris dirumpens verbum ad mortem adducitur, sic crucifigens Iudæus quod viderat, penas dabit, tanquam in ipsum deum verbum presumptiones mittens. Iam enim deus tanquam passionem suam ulciscitur quæ præsumpta sunt. Sed sufficiant quæ dicta sunt, quoniam cogitare oportet, & pro vestri memoria. Multitudo namque doctorum procedens audientium sensum facit immemoré. Mereamur autem per gratiam dei, ut quæ dicta sunt mihi te præcipiatis, & alia ex istis propositis, & regnum cælorum pro his hæreditate possideatis. Quod omnes adipiscamur gratiam Christi, cui gloria & potestas in secula seculorum. Amen.

OMILIA REGINI EPISCOPI
constantia Cypri.

Mihi quidem tacere videbatur, & ex LVIII. hoc patres honorare, & non signum scientiæ meæ hoc sermone relinquere. Deinde etiam apud viros tales dicere, magis autem pro causa sic maxima atque terribili quam quilibet etiam solummodo cogitando

remiscit. Sed quoniam etiam tacere volentes nõ
 finis õ sapiens, mihi iam sermonibus inchoandũ
 est. Dicta etenim sunt de te à multis ante nos ta-
 lia. Nihilominus à me dicendum. Quoniam ceci-
 dit de cœlo lucifer qui mane oriebatur, & quo-
 modo cecidit Babylon. Cui enim alij te compa-
 ret quisque non video. Iudæis te comparo, Iu-
 dæis domini negatoribus quorum impietatem
 nutriti, quos illud erga egisti, tanquam nihil a-
 gentes. Sed istis fors dei aliquando fuerunt, le-
 gẽmque susceperunt, & innumeris bonis potiti
 sunt, miseri quidem & illi per tanta bona benefa-
 ctorem non agnoscentes, sed pro beneficiis con-
 tra dominũ iniurias inferẽtes. Sed tamen dictum
 est de eis. Si fuerit numerus filiorum Israël sicut
 arena maris, reliquæ saluæ fient. Et alibi rursus.
 Potest deus iterum inferere eos. De te verò a-
 bominabilis quid dicturus sim? Quid quoque te
 dicet aliquis? Rectè dicat miserum Cham. Sed e-
 tiam illius sunt mitiora quàm tua. Et si interroga-
 ueris, dicam, Sed Cham iniuria parua est. Non e-
 nim hæc comparabuntur illis. Nam & quæ sub
 Noë præsumpta sunt, transcendisti, & quæ Sodo-
 mis gesta sunt tuis cedunt blasphemis, vt bene-
 dicatur de te illud: Iustificabitur Sodoma ex te.
 Illud namque in vno orbis terrarum loco præsu-
 mebatur, & impietas ad contribules veniebat, tu
 verò in paruo tempore orbem terrarum com-
 mouisti. Subuertisti fidem, ineffabilem dispensa-
 tionem quantum ad te vastasti, etiam vt de te di-
 catur. Non est medicamentum ponere neque o-
 leum

leum neque ligaturas. Oportebat vtique olim
 ad increpationem manifestam impietatis horum
 quæ præsumpsisti migrare de tabernaculo tuo
 aut concrematum aut vulneratum effici, vt sim-
 plicioribus pœnas dedisse videreris. Apud nos
 enim iam dedisti, & denuò dabis. Sed quoniam
 deus verbum etiam propter te fieri passus est ca-
 ro, quia à te diuiditur adhuc præparauit tibi tor-
 menta per flammam, sciens quidem quia non eris
 melior, & incomprehensibilem tibi punitionem
 parans. Dorsum strauit ad incessum & conser-
 uum suscepit dominicis obediens nutibus, mors
 autem Lazarum reddidit post consuetam legem,
 cum scirent ambo præcepta dominica. Illud qui-
 dem vetus est, hoc verò nouum taceo Solem ter-
 rorem cælatur, petras fissas, & aperta monumen-
 ta. Et si parua tibi sunt hæc ad comparationem
 diuinitatis erubescere testimonium resurgentium.
 Itaq; fratres sint, qui viderint ossa putrida men-
 brorum, & rupta vermibus quorum pabula pro-
 pter mortem sunt. Sed illos quidẽ similibus pas-
 si insecta nequissima relinquendum est. Nos au-
 tem diuinis pascimur verbis, qui deum carnem
 factum confitemur, & conuersari nobiscum vni-
 genitum à paterna forma non recedentem. Ima-
 go namque est paternæ benignitatis, & conde-
 scensio. Cui gloria in secula seculorum. Amen.

*EXEMPLAR EPISTOLAE SCRIP-
 TA à sancta Synodo Archiepiscopo Roma-
 norum Celestino.*

LIX.
est impressa
in. I. volum.
conciliorum in-
ter ea quæ ad
Cælestinum
& concil.
Ephesinum
spectant, sed
sub alia traf-
tatione.



Anctissimo & reuerentissimo cõ-
ministro Cælestino, sancta Syno-
dus, quæ secundum dei gratiam
cogregata est in Ephesiorum me-
tropoli in domino salutem. Tuæ
quidem sanctitatis circa pietatem zelus & circa
rectam fidem saluatoris omnium nostrum deo
amica vel placens sollicitudo digna omni admi-
ratione fuit. Mos est enim vobis ita magnis exi-
stētibus in omnibus bene probari, & omnia stu-
dia ecclesiarum vestra propria facere. Quoniam
autem oportebat omnia ad scientiam tuæ san-
ctitatis referri, quæ subsecuta sunt scribimus ne-
cessario, quia secundum voluntatem omnium
nostrum saluatoris Christi, & secundum decreta
piissimorum & amatorum Christi Imperatorum
congregati sumus in Ephesinorum metropoli
ex multis & diuersis prouincijs vltra ducenti exi-
stentes numero episcopi. Deinde piissimis decre-
tis amatorum Christi Imperatorum, per quæ
vocati sumus tempus definitiuis sessioni sanctæ
Synodi diem sanctæ Pentecostes omnibus con-
currentibus maximè quia continebatur in literis
Imperatorum, vt si non aliquis occurrisset post
definitas inducias, non bona conscientia abesset,
& esset inexcusabilis tam apud deum, quam a-
pud homines, defuit reuerētissimus Ioannes An-
tiochenorum episcopus, non quasi voluntate
simplici, sed neque spacio itineris impedimen-
tum faciente, sed occultans mente consilium, &
cogitationem dissonantem à deo, quam nō lon-
go

go post tempore veniens Ephesum demonstra-
uit. Distulimus igitur Concilium post definitum
diem sanctæ Pentecostes totis xvi. diebus cum
multi tam episcopi quàm clerici, & ægritudine
comprehensi & afflicti essent inexpensis, aliquā-
ti verò & de vita migrassent. Et erat sicut perspi-
cit tua sanctitas, iniuria magis cõtra sanctam Sy-
nodum quod agebatur. Tanta enim dilatione
peruerse vsus est, cum vtique eum processissent
multi ex longioribus spatijs. Veruntamen post
diem sextum decimum processerunt quidam ex
his, qui cum eo erant episcopi, metropolitæ duo.
Alexander Apamiæ, & alter Alexáder Hierapo-
leos. Deinde nobis incusantibus aduentus tardi-
tatem reuerentissimi episcopi Ioannis, dixerunt
non semel sed sæpius, quia demandauit nobis
nunciare reuerentiæ vestræ, quod si contigerit
eum adhuc morari, non differri Synodum, sed fa-
cere quæ oporteat. His nuntiatis & manifesto fa-
cto tam ex tarditate quàm ab his quæ ab eo nū-
tiata sunt, quia recusat concilium, siue amicitia
Nestorij præstans, siue quia clericus fuerat sub se
constitutæ ecclesiæ, siue quorundam pro eo pe-
titionibus cedens consedit sancta Synodus E-
phesi in maiore ecclesia, quæ vocatur Maria. Cũ
autem omnibus alacriter conuenientibus solus
deesset cõcilio Nestorius, commonuit eum san-
cta Synodus canonicè per episcopos prima &
secunda & tertia vocatione. Ille autem militibus
circumcludens suam domum, superbiit contra
ecclesiasticas leges, nec passus est semetipsum

manifestum constituere, nec satisfacere de iniquis suis blasphemis. Postea relectæ sunt literæ, quæ scriptæ sunt ad eum à sanctissimo & reuerentissimo episcopo Alexandrinæ ecclesiæ Cyrillo, quas & probavit rectè habere & inreprehensibiliter sancta Synodus, & nullo modo dissonare, aut adiuinitus inspiratis scripturis, aut etiam à tradita exposita fide in magna Synodo sanctorum patrum, qui in Nicæa per tempora conuenerunt, sicut & tua sanctitas rectè hoc probans testificata est. Lecta autem & epistola Nestorij, quæ ad ipsum scripta est memoratum sanctissimum & reuerentissimum fratrem nostrum & comministrum, censit sancta Synodus aliena omnino ab apostolica & Evangelica fide esse, quæ in ea erant dogmata multis & nouis languentia blasphemis. Lectis verò similiter & expositionibus eius impiissimis, necnon etiam scripta ad eum epistola à tua sanctitate, per quam rationabiliter condemnatus est, ut pote qui blasphemias scripserit, & inreligiosas voces suis expositionibus inferuit, sententia prolata est iusta depositionis eius, maximè intantum longè est à pœnitentia, aut à recogitatione eorum in quibus blasphemauit, adhuc Constantinopolitanam habens ecclesiam, etiam in ipsa Ephesinorum metropoli sermonem faceret ad quosdam metropolitanos episcopos non ignorantés sed doctos & reuerentissimos, & auderet dicere, quia ego bimensurem aut trimensurem deum non confiteor, & alia insuper diceret acerbiora. Sicut inreligiosam igitur & abominabilem

hæresim

hæresim & peruertentem Euangelicam nostram sectam, & omnem funditus mysterij dispensationem euellentem deposuimus, sicut superius diximus. Sed nõ poterat fieri, ut videtur, in Christo charitatem habentes & zelum in domino, nõ multas experiri difficultates. Sperauimus enim reuerentissimum Antiochenorum episcopum Ioannem, & subtilitatem Synodi & pietatem laudare, & fortasse culpæ depositionis tarditatem. Euenerunt autem nobis omnia, quæ in spe fuerant contraria. Inuentus est enim inimicus & hostis tam sanctæ Synodo, quam etiam ipsi recte fidei ecclesiarum, sicut ipsæ res indicant. Mox enim quod ingressus est Ephesum nondum excusso itineris puluere, nec exutis itinerariis indumentis congregauit quosdam, qui cum Nestorio recesserant, & blasphemias contra suum locuti sunt caput, ac non solum deridentes gloriam Christi. Et congregans tanquam collegium sibi triginta hominum numerum nomen episcopatus habentium, quorum quidam sunt sine ciuitatibus, vacantes autè & ecclesias non habentes: alij autè ante multos annos pro acerbis causis depositi à suis metropolitibus, cum ipsis autè & Pelagianis & Cælestianis, & de his quidam qui à Thessalia proiecti sunt rem præsumpsit iniquam, quã nullus horum, qui ante eum fuerunt. Composuit etenim solus chartam depositionis quidem nomine, & iniuriis affecit sanctissimum & reuerentissimum Alexandrinæ vrbis episcopum Cyrillum, & reuerentissimum & coepiscopum nostrum Men-

nonem Ephesinum nullo nostrum scientè, sed nec his, qui iniuriam pertulerunt, agnoscentibus quid agebatur, vel propter quã causã hoc præsumpsissent. Sed tanquam pro his non indignitate deo, & quasi nõ essent canones ecclesiastici, aut quasi non periclitaturi ipsi propter hanc audaciam, iniuriis afficiunt excõmunicationis nomine etiam omnem Synodum. Deinde & publicè in charta hæc inferentes proposuerunt ad legendum volentibus theatri parietibus affigentes, vt suam impietatem spectacula facerent. Sed non huc vsque eorum processit audacia. Sed enim fiduciam adsumpserunt. Scripserunt aliquid quasi canonicum, & ad aures piissimorũ & amatorum Christi Imperatorum referre, quæ huiusmodi sunt. His ita factis, sanctissimus & reuerentissimus episcopus Alexandrinorũ Cyrillus, nec non & reuerentissimus episcopus Ephesinorum ciuitatis Mennon, libellos à se compositos & conuenientes tam ipsum reuerentissimũ episcopum Ioannem, quã eos, qui cum eo hoc egerant, obtulerunt, coniurantes nostram Synodum, vt euocaret canonicè & ipsum Ioannem, & eos, qui cum eo sunt, quatenus satisfacerent, de quibus præsumpserant. Et si quidem accusare haberent, si possent, diceret & cõuincerent. In charta enim, quæ scripta est ab eis, depositoria, potius autem iniuriosa, occasionem inseruerunt, quia Appollinaristę & Arriani, & Eunomiani sunt, & propter hoc depositi sunt à nobis. Instantibus igitur his, qui iniuriam sustinuerunt ab illis, iterum nos ne-

cessario

cessariò congregati in magna ecclesia supra ducentos existentes episcopi, vna, & secunda & tertia vocatione biduò euocauimus, & ipsum Ioannem & eos qui cum eo erant in concilium, quatenus conuincerent iniuriam passos, & satisfacerent & causas dicerent pro quibus depositionis composuerunt chartam, & non præsumpsit venire. Oportebat autem eum si verè conuincere poterat memoratos sanctissimos viros quasi existentes hæreticos, & venire & ostendere hoc verum esse, quod accipiens vt validum & indubitatum crimen, temerariam sententiam contra eos protulit. Sed ex fragili cõscientia non occurrit. Quod autè constructur, illud erat, Putauit enim quasi hac inepra & iniusta iniuria soluta, pariter solueretur & Synodi iusta sententia quæ prolata est contra hæreticum Nestorium. Indignati igitur meritò tractauimus quidem æquam tam contra ipsum, quã cõtra alios, sententiam proferre legitimè, quã ipse contra leges in eos, qui in nullo reprehensi sunt, protulit. Vt autem illius temeritatem patientia vinceret, licet iustè hoc pateretur & legitimè, seruauimus iudicio tuæ reuerentię hoc. Interim eos sine cõmunionem fecimus, amputantes illis omnem potestatem sacerdotalem, vt nullum possint lædere per suas sententias. Eos enim qui ita ferociter & crudeliter, & contra canones inruere solent ad pessimas & sæuissimas res, quomodo nõ erat necessarium, quã non habuissent adinere eis ledendi potestatem, fratribus igitur nostris & comministris


CONCILIVM

Cyrillo & Mennoni, qui ab eis sustinuerunt iniuriam, & communicatores omnes sumus, & post illorum temeritatem ministrauimus cum eis, & simul ministramus communiter omnes congregationes celebrantes, euacuantes ex scripto illorum lusum, quem inualidum & effectum carentem monstrauius. In iuria enim solummodo erat, & aliud nihil. Viri enim numero xxx. & alij quidē eorum hæretica macula notati, alij autem sine ciuitatibus & eiectione qualem habent Synodi personam, aut qualem virtutem contra Synodum congregatam ex omni orbe, qui sub cælo est: Confederunt enim nobiscum, & qui à tua sanctitate destinati sunt reuerentissimi episcopi Archadius & Proiectus & cum eis sanctissimus presbyter Philippus tuam nobis præsentiam per se donantes & apostolicæ sedis locum replentes. Indignetur ergo tua reuerentia competenter pro his quæ facta sunt. Si enim data fuerit volentibus licentia, & maiores sedes iniuriis afficere, & contra eas, in quibus non habent potestatem contra leges sic & contra canones proferre sententias, magis autem iniurias, & his, qui proprietate tot certamina sustinuerunt, quorum causa & nunc pietas per vestræ reuerentiæ orationes effulsit, ibunt ad ultimam confusionem ecclesiæ res. Castigatis autem secundum congruum modum talia audentibus vacabit omnis turbatio, & condecens canonibus reuerentia ab omnibus seruabitur. Letis verò in sancta Synodo gestis, quæ celebrata sunt, in depositionem irreligiosorum Pelagianorum

EPHESINVM.

153

rum & Cælestianorum, Cælestij, Pelagij, Iuliani, Præsidij, Flori, Marcelliani, Laurentij & similia eis sapientibus, censuimus & nos valida & firma perseuerare, quæ de ipsis definita sunt à tua reuerentia, & consentanei sumus in sententia omnes, depositos eos habentes. Vt autem integrè omnia cognoscas quæ acta sunt destinauimus gesta. Et subscriptio. Saluum te esse, & vt memor nostris in domino deprecamur, dilectissime & desiderantissime. Subscriperunt & deinceps optantes episcopi secundum nomen.



MANDATVM IN VNCTVM

sancto Concilio his, qui missi sunt ab eo Constantinopolim, vt causam cum orientalibus dicerent.



Eo amantissimo & dei cultori presbytero Philippo obtinenti locum sanctissimi, & deo amantissimi archiepiscopi magnæ Romæ Cælestini, & deo amantissimis & sanctissimis episcopis Archadio, Iuuenali, Flauiano, Firmo, Theodoto, Achatio, Euoltio, sancta & vniuersalis Synodus, quæ gratia dei & sanctione piissimorum Principum cōgregata est in Ephesiorum metropoli, in domino Salutē. Iussi à piissimis & Christo amantissimis Imperatoribus legatos dirigere pro omni simul orbe terrarum, qui per eos, qui in Ephesina ciuitate collecti sunt nobiscum pro recta fide certamē suscepit, decre-

L X.

Exstat impress. i. tom. concil. in Cyvilli lib. apologetico sub alia translatione.

uimus vestræ sanctitati vtpote coram deo Christo vobis pro recta fide sanctisque patribus atque fratribus sanctissimo & deo amabili Archiepiscopo Cyrillo, & sanctissimo & deo amantissimo Coëpiscopo Mennone, legationem committere. Vtrorūq; verò prouidentiam facientes, & nostræ cautelæ & vestræ, hoc vobis mandatum porreximus, vt & nos sciamus, in quibus vos destinauimus, & vestra sanctitas agnoscat, quia nihil citra hæc facere debetis. Antè omnia siquidem illud scire vestram condecet sanctitatem, quia apud Ioannem Antiochenum, & quodcum eo recessions concilium, communionem nullo debetis modo suscipere, eo quod nec ipsi voluerunt nobiscum deponere impietatis prædicatorem Nestorium, sed pro illo vsque ad vestrum egressum facere sermonem, & præsumperunt extra omnes regulas condemnare sanctissimum & deo amantissimū archiepiscopum Cyrillum, & sanctissimum & dei cultorem episcopum Mennonē. Deinde eò quod hætenus Nestorij concordent dogmatibus, & quidam inter eos sunt Cælestiani atq; damnati, & orbis terrarum Synodum præsumant velut hæreticam accusare. Si verò forsitan necessitas quædam à piissimo principe deferatur, quoniam oportet Christo amabili præque sanctioni, secundum quod possibile est, obedire, si voluerint predicti subscribere quidē damnationi Nestorij, per libellos autem veniam petere à sancto concilio pro quibus excesserunt contra nostros præsules, & anathema-

thematizare Nestorij dogmata. & eos, qui apertè quæ eius sunt, sapiunt, vel sapuerunt abiicere, & vobiscum laborare ad reddendum nobis sanctissimos archiepiscopos Cyrillum & Mennonem, permittimus vestræ sanctitatis his gestis suscipere quidem eos ad cōmunionem, scribere autem ad nos, vt & nobis & vobis consentientibus integra ad eos pax celebretur. Non prius autē communionem eis polliceri, nisi præsules suos Synodus sancta receperit. Scire autem vestram volumus sanctitatem, quia si quid horum à vobis despiciatur, neque sancta Synodus suscipiet à vobis gesta, neque vos communicatores habebit. Verinianus episcopus Pergæ, mādans subscripsi, subscripserunt autē & omnes, qui præpositi sunt in statu monumentorum sanctissimi episcopi.

RELATIO MISSA A SYNODO

Imperatoribus per supradictos & destinatos episcopos.

Religionis & à deo custoditis & Christo amabilibus Theodosio & Valentiniano, victoribus, triumphatoribus, semper Augustis, sancta Synodus, quæ per dei gratiam & sanctionem vestræ potentæ in Epheso celebrata est. ¶ Omnia quidem vestri Imperij laudabilia sunt, & plurimum circa pietatem ostendentia lumen Christo amabiles Imperatores. Et propterea communiter vniversi & seorsum vnusquisq; pro eterna ve-

LXI.

Extat impress. 1. tom. concil. in Cyrilli lib. apologetico.

stra potentia orationes domino nostro Christo proferimus, seruare orbi terrarum per seculum Christo amabilem vestrum apicem supplicantes. Quia verò etiã nunc nostris flexa precibus pietas vestra præcepit per magnificentissimum & gloriosissimũ comitem Ioannem dirigere nostrũ vniuersale concilium quoscunque approbauerit deo amabiles episcopos ad vestram potentiam, & coram vobis positos eos docere omnia, quæ secundum nos sunt, necessario gratias agentes Christo amabili Imperio vestro, elegimus sanctissimos & deo amabiles episcopos, Archadiũ, Iuuenalem, Flauianum, Firmum, Theodotum, Acharium & Euotium, & Philippum presbyterum obtinentem locum sanctissimi & deo amantissimi episcopi apostolicæ sedis magnæ Romæ Cælestini, & per has litteras offerimus eos vestrę tranquillitati, pladum supplicantes aspectum eos auditũque promereri. Scientes verò Christo amabilem vestram & deo deuotã animam multum agentem placare Christum protegentem. Vos atque seruantem, eiusque sacerdotes honorare per omnia, eò quod ab eo dictum sit: Qui vos audierit, me audit, & qui vos susceperit, me suscipit, confidimus etiam de quibus sumus contristati, nuntium adiicere litteris: Nos enim non alia qualibet causa Ephesiorum apprehendimus ciuitatem, quàm tractandi de fide secundum vestram piissimam sanctionem. Quia verò huius immobilem à seculo tranquillitatem scelesti Nestorij dogmata turbauerunt, merito consilium de hoc

hoc proponētes post sexdecim dies induciarum definitarum, & eum, qui conturbauit ecclesias dei suis dogmatibus Nestorium euocantes, cum is conscientia mala detentus occurrere nolisset, examinātes quę ab eo in scriptis exposita sunt de incorporatione domini nostri Christi dogmata & illa ipsa anathematizauimus, & horũ patrẽ omni episcopatus dignitate fecimus alienum. Sed Antiochenorum Ioānes post vicesimum secundum definitarum induciarum vix veniens diem, tanquam vlturus in nos super Zelo pro fide x x x. plus minus circa se colligens, quorum alij quidem Cælestiani, alij verò damnati ante multum erant contra ipsos nostros accessit præsules & æmulatores fidei rectæ, sanctissimũque & dei cultorem archiepiscopum Alexãdrinorum Cyrillum & sanctissimum & deo amatissimum episcopum Mennonem neq; accusatos neque euocatos secundum consequentiam regularum depositionis subiecit iniuriæ, & tanquam communicante sibi sancto vniuersali concilio in nequitia contra id facta, ita piis & deo amabilibus surripuit vestris auditibus. Sancta quidem Synodus & vniuersalis, in qua præsidet etiam magnæ vestræ Romę sanctissimus & deo amantissimus archiepiscopus Cęlestinus, & vniuersum occidentale concilium per eos, qui ab eo directi sunt ad nos sanctissimos episcopos, cum quibus & assidet & Affrica vniuersa, & illiricum regulariter mota, & ipsum Principem recessionis concilij Ioannem, & qui cum eo sunt, omni ecclesiastica

CONCILIVM

cōmunionē alienos esse dogmatizavit, omnēque eorum sacerdotalem abscidit effectum, euacuans & quæ ab eis irregulariter gesta sunt. Et horum, quæ super eis gesta sunt, nuntium vestro dudū apici destinauimus; nunc autem & per has litteras, & per directos deo amantissimos episcopos longis manibus pia vestra genua tangimus supplicantes, vt quæ quidem per subreptionem gesta sunt super sanctissimis & deo amantissimis episcopis Cyrillo & Mennone nullam ex regulis virtutem habentia omninò vacent, ne accedat, id est, sine capite, nostra sit Synodus, neque importabili luctu & nos & omnis orbis terrarum, Christi sacerdotes indefinenter super præsulibus conteramur, sed promerentes quæ petimus consuetas orationes cum ecclesiis in orbe terrarum constitutis referamus domino Christo, quatenus per secula nobis Christo amabilis vestra potentia condonetur. Calumnia enim contra eos facta à Ioanne Antiocheno & qui cum eo sunt contra nos omnes respicit, qui eiusdem fidei cum his, quos memorauimus, sumus, & sacerdotium cum eis habemus, eo quod & omne occidentale concilium testimonium perhibeat rectæ eorum & inculpabili fidei, & nobis ipsis de hoc satisfactum sit, & in scriptis sub gestis monumentorum voces emisimus, quia sunt orthodoxi, & sanctorum patrum nostrorum habent circa catholicæ & apostolicæ dogmata voluntatem. Supplicamus igitur vestræ potentia, soluite etiam nos ipsos vinculis, Colligati namque sumus, colligatis

EPHESINVM.

156

gatis vtiq̄ue fratribus & præsulibus sancti nostri concilij.

MANDATVM INIUNCTVM AB

Orientalibus, qui missi sunt ab eis Constantinopolim, vt causam dicerent, cum his, qui missi sunt ab vniuersali Concilio.



Sancta Synodus Ephesi celebrata deo amabilibus & sanctissimis Iohanni episcopo Antiochenorum magnæ ciuitatis, & Iohanni Damascenorum episcopo metropolis, & Himerio episcopo Nicomediensis metropolis, & Paulo episcopo Emesinorum faciēti sermonem, & pro sanctissimo episcopo Achatio Beroræ, & Machario episcopo Laodicensium ciuitatis facienti sermonem metropolis, & Cyro episcopo Tyriorum ciuitatis, & Apringio episcopo Calcidorum facienti sermonem, & pro Alexandro episcopo Apamiorum metropolis, & Theodoro episcopo Cyrestorum ciuitatis facienti sermonem, & pro Alexandro episcopo Hierapoltanorum metropolis, & Helladio episcopo Ptolomadis, præsentes præsentibus mandamus, quæ subter adnexa sunt. Quoniam ecclesiastici causa negotij propter quod omnes euocati sumus ad Ephesum in præsentia vestra sanctitas secundum sanctionem piissimorum nostrorum Principum ad magni nominis est euocata Constantinopolim, quatenus debeatis pro veritate certare, & pro fi-

LXII.

de sanctorum patrum & dogmatibus rectis, non autem iussi sumus omnes adesse, vobis autem oportebat voluntatem nostrum omnium manifestam facere, quoniam perduramus, & grata habemus, quæ à vobis geruntur, & tendunt ad dei timorem & ecclesiasticam pacem & disciplinam, hac causa hoc vobis mādatum facimus, per quod mandamus & permittimus omnemque potestatem damus, quam & ipsi præsentes habuimus, vt cum dei solatio venientes vos ad prædictam magnam ciuitatem, siue coram piissimo imperatore opus sit, siue in consistorio, siue coram sacro senatu in Synodo sermo de quæstionibus sit mouendus, hinc cum conuenienti vobis fiducia & sapientia atque diligentia moueatis pro communi statu ecclesiarum, & suscipiatis pro nobis certamen omnibus, nobis quippe perdurantibus & permanentibus & amplectentibus & grata habentibus omnia, quæ à vobis gesta fuerint huius causa negotij. Si verò aliquo modo opus fuerit placito, aut ecclesiastica pace, aut alia quadam exigente subscriptionem omnium nostrum causa, & hoc ipsum rogamus vestram non pigeat facere sanctitatem pro cōmodo vniuersitatis, & pro gloria domini. Si verò etiam Synodicam placeat destinari à vobis huic exigentibus subscriptionem, profitemur communiter & seorsum singuli ei subscribere cum omni alacritate & dirigere ad piissimum comitatum illo manifesto existente, quia omni modo capitula hæretica à Cyrillo Alexandrinæ super introducta fidei patrum in Ni-

cæa

cæa conuenientium cum anathematibus eiiciuntur, vtpote aliena à catholica & apostolica ecclesia. Alexander Hierapoleos episcopus metropolitā. Quicquid secundum expositam fidem à sanctis patribus in Nicæa egeritis, neque super introducto aliquo fidei sanctorum patrum, & eiectione capitulis Cyrilli Alexandrini in hoc consentio. Huius enim expositioni fidei etiam cum sancto concilio, quod vobiscum est subscripsi. Dorotheus episcopus Marcianopoleus secundæ Misie subscripsi, similiter mandans sicuti supra scriptum est. Et omnes reliqui subscripserunt.

EPISTOLA VNIVERSALIS
concily Ad Augustos.

Diissimis & deo amatissimis Theodosio & Valentiniano, victoribus, triumphatoribus semper Augustis, sancta Synodus, quæ gratia Christi, & nutu vestræ potentie in Ephesina metropoli congregata est.

¶ Circa pietatem sollicitudinem vestram atque studium Christo amabiles imperatores omnium deus probans, etiam sanctorum episcoporum occidentalium zelo animas excitauit ad vindicandam iniuriam passi domini Christi. Nam licet plurimum itineris spatium peruenire vsque ad nos illam multitudinem sanctorum prohibuisset episcoporum, sed tamen illi congregati præsente etiam magnæ Romæ sanctissimo & deo aman-

LIII.
Extat impressa i frag.
hucus concily
si alia
versione vbi
sic incipit.
Deus ille
Ec.

tissimo episcopo Cælestino, etiam nunc nostræ sensum fidei cum multa consonantia prædicauerunt, & qui extra hunc sensum sunt, alienos esse penitus sacerdotio & clero & gradu definierunt. Hæc utique etiam pius & magnæ Romæ sanctissimus episcopus Cælestinus, antequam colligeretur sanctissima Synodus per suas literas nuntiavit, committes sanctissimo & deo amantissimo episcopo Cyrillo Alexandrinorum magnæ ciuitatis suum obtinere locū, & tunc rursus per alias literas hæc ipsa sanctæ Synodo manifesta constituit, quam congregari vestra potentia præcipit in Ephesina metropoli, quas etiam destinavit per sanctissimos episcopos Archadium & Proiectū & deo amantissimum presbyterum Philippum magnæ Romæ complementem præsentiam sanctissimi & deo amantissimi episcopi Cælestini. Quia ergo viri venientes voluntatem totius occidentalis sancti Concilij manifestam huic Synodo fecerunt per literas, concordemque sensum pietatis & fidei monstrauerunt, & nobiscum vnanimes tam per epistolas, quam per ea, quæ madata sunt, quæ etiam ex scripto deposuerunt, facti sunt, cum necessario & de eorum apud nos concordia acta fuissent, quæ digna sunt, ad potentiã vestram retulimus, vt sciat vestra pietas, quia vno communique decreto totius orbis terrarum à nobis nuper prolata est sententia, quam & doceri & manifestam fieri zelus vester circa fidem pietatemque procuravit. Quia ergo negotium finem accepit optabilem vestræ potentie, & vniuersis ecclesiis
cautelam

cautelam præbentem & fidei firmitatem, supplicamus vestræ pietati, iam nos à sollicitudine requiescere, & habitatione peregrina, alios quidem paupertate constrictos, alios autem languore depressos, alios verò senectute grauitè incuruatos, & in peregrinatione habitaculum ferre amplius non valentes, ita vt etiam quidam ex nobis episcopi & clerici morerentur, vt tandem requiescentes à tali sollicitudine curam ecclesiæ magnæ ciuitatis habeamus. Prohiberi quoque deprecamur & ad iudices locorum literas cum terrore transmitti, nè aliqua rursus altera difficultas imponatur ecclesiis, aut tribulatio reuertendi ad suas prouincias sanctis episcopis. Pietatem itaque monstrate, & omni orbi terrarum consonum decretum super ea deferte. Præter paucos, qui amicitias Nestorij pietati præponunt, iustum petimus beneficium supplicantes vestræ potentie tandem nos à cura quiescere & cogitare pro ordinatione futuri, & de cætero in fidei firmitate & pietate lætari, & purè & salubriter pro vestra potentia domino omnium Christo orationes offerre. Cyrillus episcopus Alexandriæ retuli. Iuuenalis episcopus Hierosolymorū retuli. Firmus episcopus Cæsariæ retuli. Et omnis quoque Synodus retulit.

CONCILIUM
COMMONITORIUM CUM RE-
latione directum Clero Constantinopolis
à Synodo.

LXIII.

Necamur æstibus, cum aëres sint gra-
ues, & penè aliquis quotidie sepe-
litur, ita ut omnes pueri languentes
ad propria remittantur. Et alij om-
nes episcopi in his sunt. Vnde con-
sequens est reuerentiam vestram adire Christo a-
mabilem Principem, & dicere, quia opprimitur
Synodus ab his, qui prohibent terminum dari,
ut absolute languore necentur. Scire verò reue-
rentia vestra debet, quia licet in tantum nitan-
tur, ut omnes moriamur, non tantum fiunt alia
præter hæc, quæ decreta per nos sunt à saluatore
nostro Christo.

NARRATIO ORDINATIONE-
nes Maximiani episcopi Constanti-
nopolis.

LXV.

Entibus autem Constantinopolim
vii. & vii. episcopis satisfactum est
per semetipsum præsentis imperatori,
quia magnum & vniuersale conciliū
omnia regulariter & consequenter agens dam-
nauit Nestorium, & approbauit quidem eos, vi-
tuperauit autem Orientales: Et postea exilio Ne-
storium destinauit. Iussit autem his, qui de san-
cto & magno & vniuersali concilio erant, ingre-
di

EPHESINUM.

159

diin ecclesiam, & ordinare episcopum sanctæ
ecclesiæ Constantinopolitanæ. Quod etiam fa-
ctum est, ingressi enim ordinauerunt Maximia-
num episcopum. Et post hoc iussit imperator om-
nes episcopos abire, vnum quemque ad pro-
prium regionem, & abierunt. Mansit autem Io-
annes Antiochiæ episcopus & qui cum eo erant,
segregati existentes. Ingressus autem est Cyril-
lus episcopus Alexandriæ athyrterciam, & susce-
pit eum ciuitas cum multa excellentia & gloria.

EPISTOLA MAXIMIANI EPI-
scopi Constantinopolitani, sancto
Cyrillo.

DEo amantissimo & reuerentissimo LXVI.
comministro Cyrillo maximam in
domino salutem. Completum est
desiderium tuum deo amantissime,
acta apud te est pietatis intentio, ad terminum
peruenerunt desideria pietatis: theatrum factus
es angelis & hominibus & cunctis Christi sacer-
dotibus. Non solum credidisti in Christo, sed e-
tiam pro eo pertulisti. Solus dignus iudicatus es
passionum Christi, utique dignus effectus eius
stigmata in corpore tuo portare. Confessus es
eum coram hominibus confessionem meruisti
à patre & sanctis angelis: Redimitus es proprie-
tate coronis, omnia potuisti in Christo, qui te cō-
fortauit, humiliasti satanam per patientiam, deri-
sisti tormenta, conculcasti furorem iudicum, de-

spexisti famem. Habuisti enim panem de cælo descendentem, vitam dantem hominibus desper. Quia igitur, neque nos defuimus istis, alia quidem sensibilibus hic edocti, alia verò in auditu habentes tribulationis vestræ, quam pertulistis principibus resistentes & potestatibus & mundi rectoribus tenebrarum huius seculi & spiritibus nequitie, erecti autem sumus ad pontificatum maximæ ciuitatis, dignare itaque deo amantissime orare, & nos confortare, & consiliis imbuere & omnem fauorem circa nos exhibere, quatenus compleatur, & in nobis scripturæ dictum, frater fratrem adiuuans sicut ciuitas est munita non valens debellari, nec obsideri à diabolo, nec suffusionibus, neque transcensionibus inuadi. Non enim subiacet captiuitati diabolicæ ciuitas, quæ à Christo domino custoditur, Christo utique qui mundum vicit, & æterna tibi præmia præparauit. Qui dixit: Quicumque non tollit crucem suam & sequitur post me, non est me dignus, Dignus ergo domino Christo factus tollendo crucem, & sequendo eum, non neglegas pro nobis apud Christum legationem fungi fraternas correctiones proprias æstimando virtutes. Incolumis in domino, ora pro me domino amantissime & venerabilis frater.

EPISTOLA SANCTI CYRILLI

Alexandrini episcopi ad Legatos vniuersalis Concilij Constantinopolim missos.

Domini


DOminis desiderabilibus & dei cultoribus fratribus & comministis, Iuuenali, Flauiano, Archadio, Proiecto, Firmo, Theodoro, Achatio, Philippo presbytero, Cyrillus in domino salutem. Satis nobis factum est iterum & ipso experimento cognouimus, quia veritas viuit & vincit secundum sancti vocem. Resistit autem ei omnium nihil. Est sic validissima vt insurgat aduersus omnes inimicos, & resistentium sibi virtutem soluat. Ecce enim ecce falsè quidem loquentium ora destruxit, & illicitarum blasphemiarum caligo cessauit. Resplenduit autem veritatis dogmatum pulchritudo, ordinato episcopo secundum decretum dei atque consiliū per sanctitatē vestrā reuerentissimo & dei cultore Maximiano, quē etiam longa ætas ornauit, nō in desidiis & delitiis cōstitutū, sed in laboribus & virtute, & qui multa reſū decoratus est cura pro veritate, & dogmatibus pietatis. Congaudens igitur vniuersis ecclesiis & populis ibidē cōstitutis merito proclamabo: Benedictus dominus quia visitauit & fecit redemptionem plebis suæ. Non enim poterat dormire sic bonus pastor, vt etiam poneret, animam suam pro ouibus, & semper saluificare sciēs. Malignam quidem bestiam à sacra & diuina aula reppulit, sapientissimum autem & totius virtutis insignem præceptorem elegit, quem etiam credimus decorari omni bono, & venerabili atque præcipua virtute pollentem, gubernare sub sua manu populum constitutum. Incolumes vos ef-

CONCILIVM

se in domino & nostri memores oramus charissimi & desiderantissimi.

INTERPRETATIO SANCTIONIS
Imperialis, scripta ad Isidorum præse-
ctum prætoriorum Consulem
ordinarium.

LXVII.



Icet pro sollicitudine publicarum rerum aperte nostrum sit studium, non tamen minor apud nos est religionis cautela sanctissimæ qua videlicet à nobis custodita etiam in publicis vtilitatibus nos adiuuari confidimus. Et propterea quoniam Nestorius catholicæ ecclesiæ aliquando Sacerdos, nunc autem fidei proditor, tantis nequitiae molibus obligatus apparet, necessarium est, vt sententiæ nostræ tranquillitatis subditus competenti clade suis moribus oneretur, qui relictis venerabilis ecclesiæ sanctionibus nefandæ hæresis auctor apparuit, & dum corripit fidem eorum, quos suæ proditoris societati copulauit, in sua persona recepit etiam crimen proditoris alienæ. Tuæ gloriæ igitur auctoritas gloriosa hoc pragmatica siue speciali auctoritate suscepta memoratum Nestorium iniuge exilium Petræ pro impietatibus suis deduci præcipiat, ita vt omnis eius substantia Constantinopolitanæ applicetur ecclesiæ. Vt res eius accipiat reuerentissimus locus, cuius pridem prodidit sacramentum. Sic enim erit in animabus ho-

minum

EPHESINVM.

161

minum sincera sanctissimæ reuerentia fidei, & scælicitas nostri imperij munita religione florebunt.

EDICTVM LEGIS SACRÆ
contra Nestorium.



Debita à nobis piissimæ religionis cultura, eos qui circa diuinitatem impiè agunt, pœnis puniri dignis, & nominibus eorum prauitati cõuenientibus appellari vult, vt exprobrationibus subditi æternam contumeliam delicti sustineant, & neque viuentes extra supplicium, neque morientes sine contumeliosa esse noscantur. Nestorio igitur monstrosæ doctrinæ principe occultato, superest vnanimis eius & impietatis socios nomini subiungere vituperando, ne christianorum vtentes vocabulo eorum nomine decorentur, à quorum dogmate agentes impiè recesserunt. Propter hæc sanctimus vbiq; Nestorij nefandæ sectæ communicatores Symonianos nominari. Oportet enim eos, qui diuinitatis auersione illorum imitantur impietatem, appellationem illis sortiri consimilem. Quemadmodum Arriani lege diuinæ memoriæ Constantini. Porphiriani, propter similitudinem impietatis Porphirij nominantur, qui veram religionem tantans verbi virtute comprimere, libros sibimet non eruditionis commenta dereliquit. Nullusq; præsumat eiusdem Nestorij nefandi atque sacrilegi impios libros de venerabili orthodoxorum

LXIX.

X

religione & cōtra dogmata episcoporum Ephesini sancti concilij retinere, aut legere aut tractare quos oportet omni studio requisitos publicè cōcremari. Hoc enim modo omni impietate radicitus amputata simplex & quæ potest seduci facilè multitudo nullū erroris semen aliquando poterit inuenire. Neque memoriam ita perditorum hominum in aliquo religionis colloquio aliter quam Symonis nomine nuncupari. Neque domum eis aut agrum, aut suburbanum, aut quēlibet alium locum Synodi causa latēter aut apertè præberi. Tales enim decernimus omni licentia Synodi esse priuatos, cūm omnibus palàm sit, quia qui transgredietur hanc legem Nestorium imitatus rerum suarum confiscatione multabitur. Sublimis igitur tua potestas hanc constitutionem nostram ad notitiam vniuersorum prouincias habitantium præceptis solennibus peruenire procuret. Hanc autem legem in latina & græca lingua posuimus, vt omnibus aperta sit atque nota.

ITEM EDICTVM ALIVD.

LXX.

Flavius Arthemius, Isidorus, Flavius Bachus, & Flavius Simplicius Reginus præfecti dicūt: Nihil ita charum Imperatoribus est, quomodo semper agere piè, aut actibus huiusmodi diligentiam adhibere, qui quotidie, vt ita dicatur, non differunt noctes & dies curis cōtinuantes, & magis in ipsa pietate hoc cum omni studio seruant

com

consueuerunt, futura igitur emergere quadam inrationabili & insensata & præsumptione plena religione, magis autem non futura, sed etiam quandam erroris auctoritate sibi met vindicante. Quadam prouidentia siue quolibet tumultu & cum omni tranquillitate, quæ eis semper inserta est, & cara per omnia huiusmodi emendationem fieri præceperunt nouæ principem iniquitatis pœnis competentibus castigantes reliquorum verò prudentiam facientes, quatenus læsi nihil sed mutatione ad meliora deflexi atque conuersi, nihil quidem suorum amitterent, quæ verò perfecta, & æterna post vitam consistit possessionem pietatis cognoscentes, eam firmissimè custodirent. Sed quoniam hominum genus præuentum simul & saginatum dolosis sermonibus peioribus rationibus persuasum est, & egent ad hoc etiam timore præcipuo pœnisque grauissimis, eos qui adulterantur fidei dogmata de cætero cessare præcipiunt, & cogitare quæ meliora sunt, & neque eos in quemlibet locum conuenire, neque aliis stadium impietatis ostendere aliquid sibi competentium prædiorum siue in vrbe consistentes, siue extra vrbe, aut vrbi vicinum, sed simpliciter inadibilem esse huiusmodi concilio omnem terram. Eos autem, qui vesanis compositionibus Nestorij consentiunt, & occasione errorum libros habent eius, miserantes magis quàm punientes, præcipiunt illos quidem igni contradere atque exterminare, ne memoria tantæ læsionis in rem publicam reuoluta, im-

X ij

pedimenta veræ fidei faciat, quos neque scribere principio, neque inuenire fuerat bonum, neque legere talia, ex quibus damnum totius perditionis accidat, Quid enim animæ & fidei præponendum est, quibus nocent huiusmodi lectiones, quæ & perfectionem animæ excæcare possunt, & ad peiora compellere. Et vt non lateant, qui sint, aut quod vocabulum conueniens habeant, commemorant compositionem fabulæ ipsius ad memoriam reuocantes, quod esset melius obliuioni contradi. Symonianos quidem eos nuncupari præcipiunt, grauissimis verò suppliciis si in futuro transcenderint castigantes, vt autem cognoscatis tranquillitatem, pietatem præceptorum prouidentiam, qui per omnia subiectis attribunt piissimorum nostrorum principum, qui soli restituunt deo per fidem reparationem dignam beneficiorum, quæ in eos & vniuersum terrarum orbem largitur, huic nostræ conscriptioni secundum consuetudinem diuina luce plenam legem præfulgere præcipimus. Cui obediens supplicio nosmetipsos liberos faciens in futuro longo seculo, agere piè dicentes, immortaliaque beneficia promerentes. Et in tantum nobis proderit, quantum Imperatorum fanciens, & deus rectè adoratus solitus est prodesse.

*SACRA IMPERIALIS AD
Ioannem Antiochenum episcopum.*

Imperatores

Imperatores Cæsares, victores, triumphatores maximi, semper Augusti, Theodosius & Valentinianus, Iohanni episcopo Antiochiæ. Intentio nobis correctio pacis est, quam videlicet studium vestrum sequentes perpetuæ complendam prædicatis. Et alios omnes homines propter veritatem sacerdotes effecti, non quiescitis edocere. Tempus ergo est, quoniam ad hanc vos segnes esse, vbi non oportebat, euenit, ad hoc inuitare ad quid alios euocantes credimus alacriter aduenire. Res enim fugienda & inopinabilis in nostris temporibus contigit, sacerdotum religionis veræ discordia, quæ etiam omnem virtutem narrationis excessit. Quâdo enim sperabatur omnis & vsque ad suspitionem auferri cōtentio, & perfectæ vnitatis terminus sequi tùm discessionis & turbæ maximæ occasiones accensæ sunt. Mæsticia igitur in hac causa, & plurima æstuationis occasio est, doctores ecclesiasticæ pacis & fontem concordie in tantam conuerti contentionem, vt egeant inuitantibus. Quatenus memorentur horum, quæ ipsi allegare constituuntur. Tanti igitur mali solutionem vnde etiam principium suscipit inuenire sperantes, & diligenter quatenus hoc ageretur curantes, ne repens serpat amplius contentionis vitium, hoc deliberauimus omnibus nobis concurrentibus & sanctissimo gloriosissimæ huius vrbs & omnibus qui hic cōperti sunt deo amantissimis episcopis, & omnium Clero, vt quæ bene olim vnita sunt, &

X iij

atroci incidēte passione diuisa, orthodoxæ fidei membra coaptentur. Quatenus vos inquam & reuerentissimus episcopus Alexādrinorum Cyrillus, conuenientes alterutris deponatis quæ inter vos sunt, inimicitias & dubitationem, promittentibus nobis, quos prodiximus reuerentissimis viris, quia si subscripseris depositioni Nestorij, & eius doctrinā amathematizaueris, nulla relinquetur dubitationis occasio, sed mox & sanctissimus episcopus Cyrillus & qui cū eo, sed etiam sanctissimus gloriosæ Romæ episcopus Cælestinus, & omnes vndique orthodoxæ fidei sacerdotes, tuæ sanctitati communicabunt, aliis videlicet si qua sunt, quæ debent corrigi decen-tem facile suscipientibus solutionem, quam ipsi necessario disputātes & satisfaciētes vobismet-ipsis, seorsum & communiter omnibus ostenditis. Sciens igitur hoc nostrū esse studium & consilium, nullius alterius velis habere sollicitudinem, quam vt omni remoto certamine atq; Zelo pax diligenter & firmæ sanctis ecclesiis & vbi-que orthodoxæ fidei, & per hoc omnibus qui sub nostra sunt ditione figatur. Festina itaq; venire cum multa celeritate ad Nicomediam ciuitatem, nullum penitus episcoporum tecum deducens in paucos clericorum tuæ ministrantium sanctitati, & citra omni dilatione festina, sciens quoniam & Cyrillum sanctissimum episcopum similiter illic compelli, & concurrere eodem apparatu sacris nostris præcipimus iussionibus, hoc declarantes non aliter eum ad nos venturum, an-
tequam

tequam conuenientes inter vos ipsos & alternas inimicitias deponentes ad confirmandam pacem propriam vnanimitatem studio omnium cōcordare possitis, quod futurum esse etiam tuæ reuerentiæ designamus. Viri enim existentes huiusmodi, quos spectant etiam pacis bona & discordiæ latere mala non possunt, non prius à nobis videbimini, donec corrigātur hæc, quæ nos non faciunt leuiter æstuarē. Inter hæc autem donec studendæ pacis & concordæ vestræ & alternarum amicitiarum, & pro hoc ad nos ingressionis celebratio confirmetur, nulla ex episcopalibus constitutionibus aut depositionibus aut quibuslibet ordinationibus nouitas fiat, sed si quid etiā in medio fieri contigit, hoc sub quiete manens immutilatum, catholicæ ecclesiæ seruet statum, sufficientibus quippe his, qui sunt reuerentissimis clericis, donec perfecta vnitio subsequatur ad ministeria complenda diuina. Habes à nobis hoc, & non dubie omni fortitudine omnique virtute purum & imitabile nostrum propositum videns, & dignum christiana constantia age nobiscum, & ipse nullū laborem aut fatigationem, non iniuriæ contemptum, non obliuionem iræ suscipere fugiens, quatenus ea, quæ à nobis pro causa orthodoxæ fidei & sanctarū ecclesiarum vnitatis iussa sunt, termino cōtradantur. Si verò quod non credimus contrarium aliquid huic nostræ voluntati, & ita recto consilio sapere propria quadam intentione & instātia humanæ passionis tentaueris, & quæ à nobis sunt iussa negle-

xeris, tibi met reputabis, quoniam vtilitatem status dei ecclesiarum sanctitas tua contemnens, dignas retributiones suscipiet.

*LIBELLVS DATVS ARCHIEPISCOPO
Cyrillo à Paulo episcopo Emeseno,
misso à Ioanne Antiocheno.*

LXXII.

Domino meo per omnia sanctissimo & beatissimo episcopo Cyrillo Paulus in domino salutem. Piissimi atque victores nostri principes quam olim habere dignantur intentionem ac diligentiam circa subiectos & maximè de sancta dei ecclesia & pia atque purissima rectaque fide, in qua ex progenitoribus successerunt demonstrantes, litteras direxerunt per virum spectabilem tribunum & notarium Aristolaum, & ad tuam sanctitatem & ad sanctissimum & beatissimum patrem nostrum Accacium episcopum Beroëæ, iubentes, ut cōgregati, aut corporaliter aut voluntate absolutionem detis surgentibus dissensionibus inter deo amabiles episcopos, qui in Ephesum conuenerunt & vos & ipsos, & sanctissimis dei ecclesiis deo gratam prouideatis pacem, & remoueatis tumultus, qui quotidie fiunt sanctis dei ecclesiis, atque consentiatis damnationi Nestorij & anathematizetis prauam eius doctrinam. Suscipientes ergo piissimas ac deo amabiles litteras prædictus sanctissimus episcopus Ioannes, & sanctissimus episcopus Achatius, & cogitantes
quia

quia esset valde necessarius tractatus vestræ presentiae, ne multum tempus ex negotio traheretur, direxerunt quidem ad tuam sanctitatem, ut tua beatitudo simul deliberet, quemadmodum pax disponatur cauta, & optimè huic actioni terminus utilis imponatur. Veniens ergo & videns atque colloquens inueni tuam sanctitatem præparatam mansuetè atque pacificè, & sicut pontifices decet ad ea, quæ sunt in manibus disponenda. Denique litteras nobis prorulit tua sanctitas, prædicantes quam à patribus suscepimus rectam immaculatamque fidem, quod primum fuit & dignum labore & studio. Quia verò decebat etiam ea, quæ secundum Nestorium formam suscipere olim nobis placitam, facio præsens ad presentem tuam sanctitatem has litteras, per quas profiteor suscepisse nos ordinationem sanctissimi & beatissimi episcopi Maximiani, habere autem Nestorium, qui dudum fuit maximæ Constantinopoleos cōdemnatū, & anathematizamus, quæ in doctrinæ parte impiè ab eo sunt dicta, & amplectimur puram atque sinceram ad vos communionem, secundum oblatam tuæ sanctitati à nobis breuiter de inhumanatione dei verbi expositionem, quam etiam conlaudasti, & tanquam propriam suscepisti fidem. Cuius etiā in litteris exemplar insertum est. Et hac pura communione solutionem damus omnibus, quæ in medio ex vtrisque partibus velut in turbis facta sunt, & remeamus ad priorem ecclesiarum gratia dei tranquillitatem.

Sanctissimo & deo amantissimo Cy-
rillo, Ioannes in domino salutem. Du-
dum per sanctionem sanctissimorū no-
strorum Principum iussa est Synodus
deo amabilium episcoporum in Ephesinam me-
tropolim congregari, ecclesiasticarum gratia cau-
sarum & rectę fidei. Apprehendentibus autem
etiam nobis memoratam ciuitatem, & reuertenti-
bus sine alterno colloquio, superfluum verò est
causas discordiæ pacis tempore nunc narrare. Di-
uisis autem ad discordiam ecclesiis hoc modo,
quoniam ob hoc modo maxime omnes cogitare
oportebat, vt copularentur, è medio omni abla-
ta discordia, sed etiam Christo amabilibus prin-
cipibus hoc ipsum fieri sancientibus, vt vnirentur
dei ecclesiæ, & ad hoc ipsum dirigentibus do-
minum meum virū admirabilem & spectabilem
tribunum & notarium Aristolaum, deferentem
pias eorum literas, iubentes ex hoc ipso concor-
dare nos, & scādala amputare de medio, & seda-
re omnem tumultum omnemque tristitiam, obe-
dientes piis literis illico & repentiè direximus do-
minum meum, & per omnia deo amabilem atque
sanctissimum episcopum Paulū. Dum hoc quo-
que placuisset & sanctissimo atque beatissimo pa-
tri nostro Achatio & deo amabilibus apud nos
episcopis. Pro ampliori verò cautela hoc egimus.
Dum non potuissemus non conuenientes quæ
sancta

sancta sunt à piissimis nostris imperatoribus ad
terminum in præsentem perducere, mandauimus
ei, vt & propter nos & pro nobis, & in persona
nostra disponderet quidē quæ de pace sunt, quod
principale est, offerret autem tuę sanctitati expo-
sitionem à nobis consone factam de inhumana-
tione domini Iesu Christi, quam direximus tuę
sanctitati per supradictum deo amabilem virum
quæ est hæc. De dei autē genitrice virgine, quo-
modo & sapimus & dicimus, & de modo inhu-
manationis vnigeniti filij dei necessario, non in
adiectionis parte, sed in satisfactionis specie, si-
cut olim & ex sanctis scripturis, & ex traditione
sanctorum patrum percipienter habuimus, bre-
uiter narramus, nihil penitus adicientes sanctorū
patrum Nicæa conuenientium expositę fidei. Si-
cut enim peruenimus dicentes, ad omnem suffi-
cit & pietatis agnitionem, & totius hereticę pra-
uitatis abdicationem. Dicimus autem non præsu-
mentes ea, quæ incomprehensibilia sunt, sed con-
fessione proprię infirmitatis excludentes eos, qui
insurgere volunt, dum ea, quæ sunt ultra hominē
cogitamus, Confitemur itaque dominum nostrū
Iesum Christum filium dei vnigenitum deū per-
fectum, & hominem perfectum, ex anima ratio-
nali & corpore, ante secula quidem ex patre, na-
tum secundum diuinitatem, in nouissimo autem
dierum eundem propter nos & propter nostram
salutem ex Maria virgine secundum humanita-
tem. Duarum enim naturarum vnitas facta est.
Vnde vnum Christum, vnū filium, vnum deum

confitemur. Secundum hanc inconfusæ vnitatis intelligentiam confitemur sanctam virginem dei genitricem, eo quod deus verbum incarnatum & inhumanatum, & ex ipso conceptu vniuerit tibi ex ea sumptum templum. Euangelicas autem & apostolicas de domino voces nouimus de illo quos viros, alias quidem consotiantes tanquam de vna persona, alias autem diuidentes tanquam in duabus naturis, & deo decentes quidem secundum deitatem Christi, humiles autem secundum humanitatem tradentes. Quod suscepto placuit ad abolitionem totius certaminis & ad constituendam vniuersalem pacem sanctissimis dei ecclesiis, & emendatio tollenda, quæ exorta sunt scandala, nos habere Nestorium condemnatum, qui dudum fuit episcopus Constantinopolis, & anathematizamus prauas eius & prophanas vocum nouitates. Quam nostræ sanctæ dei ecclesiæ rectam & saluam habent fidem, & hanc custodiunt & tradunt populis sicut sanctitas vestra. Cōsentimus autem & ordinationi sanctissimi & reuerentissimi episcopi Maximiani Constantinopolitanæ sanctæ dei ecclesiæ, & communicatores omnium sumus, qui per vniuersum orbem terrarum sunt deo amabilium episcoporum, qui rectam & impollutam habent & custodiunt fidem. Et subscriptio. Incolumis pro nobis orans permanens, deo amantissime & sanctissime, & omnium mihi charissime frater.

EPIST-

EPISTOLA SANCTI CYRILLI

Ioanni Antiocheno.

Omino meo dilectissimo fratri & con- LXXIII.
 sacerdoti Ioanni Cyrillus in domino
 salutem. Exultent cæli & lætetur ter-
 ra. Solutus est enim medius paries ma-
 ceriæ, & quod contristabat, quieuit, atque dissen-
 sionis modus omnis abscisus est, omnium no-
 strorum saluatore Christo pacem suis ecclesiis
 tribuente, conuocantibus tamen nos ad hoc &
 piissimis ac christianissimis Imperatoribus, qui
 originalis pietatis facti imitatores egregij tutam
 quidem & incōcussam in propriis animis rectam
 fidem custodiunt, maximam tum curam impen-
 dunt pro sanctis ecclesiis, vt famosissimam ha-
 beant in seculo gloriā, & præclarum proprium
 ostendant imperium. Quibus & ipse virtutum
 dominus ditissima, manu bona distribuit, & præ-
 bet subiugare quidem aduersarios, donat autem
 & victoriam. Neque enim mentitur dicens: Viuo
 ego dicit dominus, quia glorificantes me glori-
 ficabo. Veniente igitur in Alexandriam domino
 meo reuerentissimo consacerdote ac fratre Pau-
 lo, impleti sumus omni lætentia & nimis digne
 tanquam tanto viro mediante, & supra vires in
 laboribus acquiescente versari vt diaboli supe-
 ret inuidiam, & coniugare separata, & interiecta
 scandala circuncidens, consensu & pace corona-
 ret ecclesias, quæ apud nos & apud vos sunt.
 Quo enim modo diuisæ sunt superfluum arbi-

tror dicere. Oportere autem reor, ea quæ pacis tempori cōueniunt, & sapere & effari. Delectati ergò sumus colloquiis Memorati reuerentissimi viri, quæ fortè & certamina se non parua habiturum suspicabatur in persuadendum nobis, quoniam oporteret ad pacem coniungere ecclesias & hæreticorum risum abolere, sed & hebetem facere super his aculeum diabolicæ malignitatis. Paratos tamen ita in hoc inuenit, vt nullum laborem penitùs sustineret. Recordamur enim saluatorem dicentem: Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis. Edocti enim sumus & in orationibus dicere: Domine deus noster pacem da nobis, omnia enim reddidisti nobis: Quoniam si quis particeps fuerit pacis, quæ à domino ministratur, non indigebit omni bono. Quoniam verò omninò superflua & inopportuna ecclesiarū diuisio facta est, nunc maximè nobis est satisfactum, domino meo reuerentissimo Paulo episcopo chartā proferente, quæ inreprehensibilem continet fidei professionem, & hanc à tua sanctitate compositam fidem dicente, & ab aliis reuerentissimis ibidem constitutis episcopis. Habet autē scriptura ita sicut inserta est huic epistolæ meæ: De genitrice autem dei virgine quemadmodū & sapimus & dicimus, & de modo incarnationis vnigeniti filij dei necessario nō quasi in additamenti parte, sed in specie satisfactionis, sicut ab initio tam ex diuinis scripturis, quoniam ex traditione sanctorum patrum suscipientes habuimus, breuiter enarramus, nihil penitus

nitus addentes sanctæ fidei, quæ à patribus in Nicæa est exposita. Sicut enim anticipauimus dicentes, sufficit ad omnem pietatis cognitionem, & abdicationem totius hæreticæ prauitatis. Dicimus tamen non quasi audentes aliquid contra inreprehensibilia, sed confitentes propriam infirmitatem, pro excludendis tamen his, qui contra nos tentant adsurgere, quæ sunt supra hominem cogitamus. ¶ Cōfitemur etenim dominum nostrum Iesum Christum filium dei vnigenitum, deum perfectū, & hominem perfectum ex anima rationali & corpore. Ante secula quidem ex patre natum secundum deitatem, in fine verò dierum eundem propter nos & propter nostram salutem de maria virgine secundum humanitatem. Consubstantialem patri secundum deitatem, & consubstantialcm nobis secundū humanitatem. Duarum enim naturarum vnitio facta est. Propter quod vnum Christum, vnum filium, vnum dominum confitemur. Secundum hunc incōfusæ vnitionis intellectum confitemur sanctam virginem dei genitricem, propter quod deus verbum incarnatus est & homo factus, & ex ipsa cōceptione sibi met vnit templum, quod ex ipsa suscepit. Euangelicas verò & apostolicas voces scimus de illo quos viros quosdam coniungentes tanquam in vna persona, quosdam diuidentes tanquam in duabus naturis, & diuiniore quidē atque altiores secundum deitatem Christi, humiliores autem secundū humanitatem eius tradentes. His vestris relictis sacris voluminibus, ita &

Totus hic locus citatus sub diuersa tamē paululū translatione in libro Rustici diaconi contra Accephanos.

nos sapere inuenientes (vnus enim deus, vna fides, vnum baptisma) glorificemus omnium saluatorem dominum alterutris cōgaudentes, quoniam scripturis diuinitus inspiratis & traditioni sanctorum patrum nostrorum consonantem fidem habent vestræ & nostræ ecclesiæ. ¶ Quoniam verò comperi quosdam vituperare solentium, vesparum agrestium modo circunsonare, & malignos contra me sermones eructare, tanquam ex cœlo depositum, & non ex sancta virgine secundum corpus Christi esse confitear, cōsideraui pauca pro hoc ad eos dicere. O insensati & tantum calumniari docti, quemadmodum in hoc estis sensu delapsi, & in hac tanta stultitia languistis. Oportebat enim, oportebat aperte intelligere, quoniam nobis penè omne certamen de fide prouenit cōfirmantibus, quoniam sancta virgo dei genitrix est. Sed si de cœlo & non ex ipsa sanctum corpus omnium nostrum saluatoris Christi factum esse diceremus, quoniam iam intelligeretur dei genitrix. Quem enim omninò peperit, si non est verum, quia peperit secundum carnem Emmanuel. Rideantur igitur hæc de me garrientes. Nec enim beatus propheta Esaias mētitus est dicens: Ecce virgo in vtero habebit & pariet filiū, & vocabunt nomen eius Emmanuel, quod est interpretatum nobiscum deus. Verum autem & sanctus Gabriel ad beatā virginem dicit. Noli timere Maria, inuenisti gratiā apud dominum. Ecce cōcipies in vtero, & paries filium, & vocabis nomen eius Iesum. Ipse enim saluum

faciet

faciet populum suum à peccatis eorum. Quando autem dicimus de cœlo & de sursum & dominū nostrum Iesum Christum, non quasi de sursum & de cœlo depositam eius sanctam carnem dicimus, sed magis sequentes diuinū Paulum aperte clamantem, primus homo de terra terrenus, secundus homo de cœlo cœlestis. Meminimus autem & ipsum saluatorē dicentem: Nemo ascendit in cœlum, nisi qui de cœlo descendit filius hominis, qui utique secundum carnem, sicut nuper dixi, ex sancta virgine natus est. Quoniam verò de sursum & de cœlo descendens deus verbum exinaniuit semetipsum formam serui accipiens, & nuncupatus est filius hominis, permanens id, quod erat, Idem deus inconuertibilis & immutabilis secundum propriam naturam, tamen quia vnus intelligitur cum propria carne, de cœlo dicitur descendisse, nuncupatus est tamen & homo de cœlo, perfectus in deitate, & perfectus in humanitate, & vna persona intelligendus. Vnus enim dominus Iesus Christus, quamuis nō ignoreretur differentia naturarum, ex quibus inenarrabilem & vnitatem factam esse diximus. Eos autem qui dicunt quia cōmixtio vel confusio aut consermentatio dei verbi facta est ad carnem, dignetur tua sanctitas refrenare. Suspicio enim & hoc de me aliquos diuulgare, quasi ita saperem, aut prædicarem. Ego autem tantum absum ab huiusmodi sensu, ut & furere arbitrer eos, qui suspicati sunt omninò, quia mutationis obumbratio circa naturam dei verbi potest cōtingere.

Y

Manet enim quod est semper, & non mutatur, neque mutabitur aliquando, vel conuersionis est capax. Impassibile autem super hoc dei verbum confitemur, licet ipse sapientissime disponens misterium, sibi met applicans videatur accedentes propriæ carni passiones. Ideò utiq; & sapientissimus Petrus inquit, Christo passio pro nobis carne, & nõ natura inenarrabilis deitatis. Vt enim ipse Saluator omnium esse credatur, secundum proprietatem dispensatiuam ad semetipsum, vt dixi, carnis suæ refert passiones. Quale est illud, quod prophetæ vocem tanquam ab ipso prædicatur. Dorsum meum dedi ad verbera, & maxillas meas ad palmas, faciem autem meã non auerti à fœditate sputorum. Quoniam verò vbique sequimur sanctorum patrum sententias, maximè autem patris nostri beatissimi & opinabilis Athanasij, omninò in aliquo ab eo deuiare metuentes, tua quidem sanctitas credat, aliorum verò ambigat nullus. Apposuissem utique & testimonia eorum multa, ex ipsis mea verba confirmans, nisi prolixitatem meæ epistolæ timuissem, ne forte per hoc fastidiũ legentibus generaretur. Nullo verò modo moueri ab aliquibus patimur fidẽ, aut ipsum fidei symbolum, quod à sanctis patribus nostris in Nicæa cõuenientibus illo tempore definitum est. Sed neq; permittimus nobismetipsis aut aliis unum mutare dictorum ibidem positorum, aut vnã syllabam præterire. Meminimus enim dicentem: Noli transgredi terminos æternos, quos posuerunt patres tui. Neque enim loquebantur

quebantur illi, sed spiritus dei patris, qui procedit quidem ex ipso, est autem & à filio non alienus secundũ vnus essentiæ rationẽ. Et adhuc ipsum nos sanctorum arcana docentium verba confirmant. In actibus namq; Apostolorum scriptum est. Venientes autem in Mesiam tentabant ire in Bithiniam, & non permisit eos spiritus Iesu. Scribit autem & admirabilis Paulus, Qui autem in carne sunt, deo placere non possunt. Vos autem in carne non estis, sed in spiritu, siquidem spiritus dei habitat in vobis. Si quis spiritum Christi non habet, hic non est eius. Quando autem quidam eorum, qui recta peruertere solent meas voces in hoc, quod eis placuerit, mutant, non admiretur hoc tua sanctitas, sciens quoniam & omnes hæretici de scriptura diuinitus inspirata, sui colligunt erroris occasiones, ea, quæ à sancto spiritu rectè dicta sunt, sua malitia corrumpentes, & super capita sua flammam inextinguibilem haurientes. Quoniam verò didicimus quod & epistolam opinabilis patris nostri Athanasij ad beatissimũ Epictetum destinatam rectè habentem corrumpentes quidam ediderunt, & per hoc plurimis nasceretur, propterea vtile aliquid & necessariũ fratribus prouidentes ex antiquis exemplaribus, quæ apud nos sunt, nullum errorem habentibus tuæ sanctitati paria destinauimus.

OMILIA CYRILLI EPISCOPI

habita ad populum mense Pharmutis

xxvij. die in dictione prima.

X ij



OS qui pietate firmi sunt, & sacrorum dogmatum certissimā atque ornatam habent fidem, terrā vberem Propheta nominat dicens: Et eritis vos terra pinguis dicit dominus omnipotens, & benedicent vobis omnes gentes. Terram verò vberem dicit esse fecundissimam & fructiferam & fructum domesticorum matrem atque nutricem. Huiusmodi autem est omnis deo amabilis & sancta anima, cultorem veluti quendam & seminatorem totius boni omnium sortita Christum. Qui etiam sacrorum nobis dogmatum choruscat scientia. Sed omnium inimicus hoc est, Sathanas excitat super seminantes per tempora tritico maligna Zizania. Veruntamen licet floeant, reciduntur. Eruntq; sic ager purissimus. Expulsus igitur est ab omni ecclesia Nestorius impius amara Diaboli vere zizania, & concordant de cetero per omnem consistentes orbem terrarum dei cultores episcopi recta & una fide. Copulati siquidem sunt nostris ecclesiis magis autem totius orbis terrarum, etiam apud Orientem constituti. Confessi etenim sunt deo amantissimi episcopi ibi constituti rectam & sine prophanatione fidem. Quæ autem scripsit ad me deo amantissimus & reuerentissimus episcopus Antiochiæ Ioannes, quæve ego ad eum reicriperim, deo faciente audietis.

EPIST.

EPISTOLA CYRILLI ALEXANDRINI EPISCOPI AD MAXIMIANUM CONSTANTINOPOLITANÆ VRBIS EPISCOPUM.



Reuerentissimo & deo amantissimo LXXVI.
comministro Maximiano, Cyrillus in domino salutem. Non erat dubium, quia omnino & semper prævalerent tuæ sanctitatis orationes. Annuit enim paratissime diligentibus se omnium nostrum saluator, ut unusquisque etiam in hoc gaudens & exultans dicat. Audiuit de templo sancto suo vocem meam, & clamor meus in conspectu eius introiuit in aures. Ecce enim, ecce dispersa membra ecclesiæ corporis copulata sunt rursus alterutris, & separat quidem nihil ad discordiam prædicatores euangelij Christi. Vna verò omnes fide coronamur, scelestorum reperiorem Nestorium extra sacra septa sequentes, & à gregi nobili remouentes falsum pastorem. Cōtigit etiam hoc tuarum impetratione precum. Quia verò cura necessaria facta est etiam piissimis principibus de pace sanctarum ecclesiarum, oramus autem & nos ipsi auferri de medio quos nos diuidit atque seiungit ad discordiam, & splendorem ad instar lucis charissimam deo pacem profitentibus sancto & deo amantissimo & dei cultore Antiochenorum episcopo Ioanne & qui cum eo sunt reuerentissimis episcopis, quia & damnatum habent Nestorium, & anathematizant eius excellentissimam blasphemiam, direxi

Y iij

litteras & ad beatitudinem eius & alios communicatiuas & coniunctissimas ad vnanimitatem, ad hoc etiam tua sanctitate consentiente, & alij omnibus, ex quibus celebrata est sancti concilij plenitudo. Non enim certamen atque contentio valet apud nos, sed vnam intentionem omnes habuimus ad pacem respicientem. Et si voluissent qui ab initio contenderunt, & semetipsos à nobis separauerunt, fuissent poenitens in nulla contentione discordiarum ecclesiarum. Veruntamen benedictus saluator, qui sedauit tempestatem, & tranquillitatem nobis vnanimitatis explicuit orationibus & intercessionibus tuæ sanctitatis & omnium aliorum, qui fidem habentes rectam & sinceram in spiritu & veritate ad orationem & culturam exhibent ei.

COMMONITORIUM EULOGIO

presbytero Alexandria obseruanti Constantinopoli à sanctissimo Archiepiscopo Cyrillo.

LXXVII.



Reprehendunt quidam expositionem, quam fecerunt Orientales, & dicunt: Cur duas naturas nominantibus eis passus est autem etiam laudauit Alexandrinus episcopus. Alij verò qualia Nestorij sunt, dicunt, & illum sapere subripientes nescientibus subtilitatem. Oportet autem culpantibus illa dicere, quia non omnia, quæcunque dicunt hæretici fugere & refutare

tare decet. Multa enim confitentur sicut & nos confitemur, velut Arriani quando dicunt patrem quia creator est omnium & dominus. Nunquid propter hoc nos fugere consequens est huiusmodi confessiones? Sic & in Nestorio, licet dicat duas naturas diuersitatem significans carnis & dei verbi, altera enim verbi natura, altera carnis est, sed tamen nequaquam vnitatem confitetur nobiscum. Nos enim vnies hęc vnum Christum, vnum filium, eundem vnum dominum confitemur, & deinceps vnam filij naturam incarnatam. Quale est etiam in communi dicere homine. Est etenim ex diuersis naturis, ex corpore videlicet & anima. Sed ratio quidem & contemplatio nouit differentiam. Vnies autem tunc vnã facimus hominis naturam. Quapropter nosse naturarum differentiam, non est diuidere in duo vnum Christum. Quia verò omnes orientales putant nos orthodoxos Apollinaris sectam sequi & sapere, quia temperamentum factum est aut confusio, huiusmodi enim ipsis vocibus vtuntur, tanquam deo verbo transeunte in naturam carnis, & carne mutata in naturam diuinitatis, concessimus eos in duos non diuidere vnum filium, Abscit, sed confiteri solum, quia neque confusio facta est neque temperamentum, sed caro quidem caro erat tanquam ex muliere sumpta, verbum tanquam ex patre natum, verbum erat. Veruntamen vnus Christus filius & dominus secundum Ioannis vocem tanquam factum sit verbum caro. Procura autem eos intendere lectio-

ni epistolæ beati Papæ Athanasij, quia ibi contē-
 dentibus, aliquibus atq; dicentib⁹ quia ex propria
 natura deus verbū fecit sibi corp⁹ sursum & deor-
 sum adfirmat, quia nō cōsubstantiale erat verbo
 corpus. Si autē non cōsubstantiale altera sine du-
 bio & altera natura, ex quibus vnus atq; solus in-
 telligitur filius illud quoq; nō ignorēt. Vbi enim
 omninō vnitas nominatur, non vnus rei signifi-
 catur conuentus, sed aut duarum aut etiam plu-
 rimi, & differentia alterutris per naturā. Si igitur
 dicimus vnitatem cōfitemur, quia carnis anima-
 tæ intelligibiliter & verbi, & qui duas dicunt na-
 turas, sic intelligunt. Veruntamen vnitatem confes-
 sa, nequaquam separantur ab inuicem, quæ vni-
 ta sunt, sed vnus iam filius, vna natura eius, vt-
 pote incarnato verbo. Hæc confessi sunt Orien-
 tales, licet circa sermonē modice obscurati sunt.
 Qui enim confitentur, quia ex deo patre natus v-
 nigenitus verbum, natum est idem & secundum
 carnem ex muliere, & quia dei genitrix est sancta
 virgo, & quia vna eius persona & quia non duo
 filij, non duo Christi, sed vnus, quomodo circū-
 feruntur sectæ Nestorij. Nestorius vtique in suis
 expositionibus simulat se dicere vnus filius &
 vnus dominus, sed refert filiationem ad solum
 dei verbum. Cum autem venerit ad dispensatio-
 nem rursus alium dominum, qui ex muliere est
 seorsum hominem dicit, copulatum dignitate æ-
 quo honore. Dicendo enim quia propterea deus
 verbum Christus nominatur, quia habet copula-
 tionem ad Christum, quomodo non apertum est
 duos

duos dicere Christos, si Christus ad Christum
 habet coniunctionem tanquam alter ad alterum.
 Qui verò ex Oriente sunt, nihil tale dixerunt.
 Voces autem diuidunt solum. Diuidunt autem
 secundū hunc modum, vt alias quidem deo deci-
 biles esse dicant, alias autem humanas, alias autem
 cōmunes factas, tāquam habentes simul & quod
 deo decibile est & quod humanum. Veruntamē
 dictas ab vno & eodem, & non sicut Nestorius,
 alias quidem deo verbo seorsum attribuit, alias
 autem qui ex muliere est tanquam alteri filio. A-
 liud autem est vtrum nosse differentiam, & aliud
 partiri duabus personis tanquam altera & altera.
 Epistola autem ad Achatium maximè, cuius ini-
 tium est causa quidem dulcis & valdè digna est
 fratrum allocutio bonam habet satisfactionem
 de omnibus. Habes autem plurimas epistolas in
 carthario, quas debes studiosè dare. Offeres au-
 tem magnificentissimo proposito directos à me
 duos codices, vnum quidē contra Nestorij blas-
 phemias, alium vero habentem gesta Synodi cō-
 tra Nestorium, & ea quæ eius sunt sapientes, &
 disputationes à me factas ad eos quæ scripserunt
 contra capitula. Duo autem sunt episcopi, An-
 dreas & Theodoritus. Habet autem in fine ipse
 codex compendiosas expositiones de dispensa-
 tione secundum Christum valde bonas, & quæ
 prodesse possint. Offer autem similiter ei ex his,
 quæ habet pellem, epistolas quinque, vnam bea-
 ti Papæ Athanasij ad Epictetum, & aliam ad Io-
 annem à nobis, & ad Nestorium duas, vnam par-

uam, & vnam maiorem, & quæ ad Achatium est. Ipsas enim quæsiuit à nobis.

*EPISTOLA CYRILLI ALEXAN-
drini episcopi ad Achatium episcopum
Melitinae.*

LXXVIII.

Domino meo dilectissimo fratri & cō-
ministro Achatio Cyrillus in domino
salutem. Causa quidem dulcis & val-
de digna est fratrum alloquutio, & omni-
digna sermone apud sapiētes verè. Oportere au-
tem assero eos, qui vnius fidei sunt & vnanimes
cogi incessanter hoc agere, cū neque sit quod
impediat, neque interrumpat aliquid ad huius-
modi feruentem appetitum & pronam volunta-
tem. Sed interdum festinare & etiam volētes nos
longitudo interposita spatiorum, aut raritas epi-
stolæ portatorū impedit, tēpore autē quo sit pos-
sibilitas eloquēdi studiū copiam adferente, & cō-
modum insperatum & iucundum vt desideratis
literis prōpte inuolare liceat exhibēte: Gaius
itaque nimis super his, quæ à tua perfectione sunt
scripta, & admiratus affectum, oportere credidi
ecclesiasticæ pacis nuntiare modum, & singula
quemadmodum sunt gesta narrare. Piissimis &
Christo amantissimis imperator pro sanctis ec-
clesiis curam plurimam & necessariam gerens im-
portabilem æstimabat harum dissensionē. Euo-
cans igitur reuerentissimum & dei cultorem epi-
scopum Constantinopolitanorum ecclesiæ Ma-
ximianum, sed & alios plurimos ibi compertos,
quomodo

quomodo de medio quidem tolleretur ecclesia-
rum discordia, & vocarentur ad pacem diuino-
rum sacramentorum pontifices cogitabat. At illi
dicebant, quia non aliter hoc fieret aliquando,
nec ad concordiam remearent ad inuicem, de qui-
bus erat sermo, si non prior orietur, & veluti pre-
ferretur vnius fidei vinculum. Dicebantq; quia
Antiochiæ dei cultorem episcopū Ioannem ana-
thematizare Nestorij dogmata cōueniret, & scri-
pto profiteri damnationem eius. Et quod specia-
liter contristaret Alexādriæ episcopū, obliuisceretur
dilectionē, & pro nihilo æstimaret, quod iniuriā
passus esset in Epheso, licet valdè crudele
ingemiscendū esset. Consentiente igitur & gai-
so valde super his piissimo imperatore, missus est
hoc ipsum acturus dominus meus admirandissi-
mus tribunus & notarius Aristolaus. Cūque
orientalibus sanctio imperialis innotuisset tanquā
cum voluntate facta inuentorum episcoporum
in maxima Constantinopoli, nescio quid confi-
derantes congregati quidem sunt ad sanctissimū
& dei cultorem Beroënsē episcopū Achatium,
& scribere ad me procurauerunt, quia amicitia-
rum modus seu pacis sanctarum ecclesiarum non
aliter fieri conueniret, nisi secundum quod eis
placeret. Erat hæc scilicet grauis & onerosa peti-
tio. Volebant enim vacare quidem omnia, quæ à
me conscripta sunt, & quæ in epistolis, & in tho-
mis & libris, soli autem illi consentire fidei, quæ
in Nicæa à sanctis nostris patribus definita est.
Ego autem adhæc scripsērā, quia expositionem

quidem fidei definitæ à sanctis patribus in Nicæa ciuitate sequeremur omnes, nihil omnino horum quæ in ea sunt posita destruentes. Habet enim omnia rectè & irreprehensibiliter, & scrupulositas adhuc post illam incauta est. Quæ verò conscripsimus contra Nestorij blasphemias nulla nobis ratio persuadet, quia non bene facta sunt dicere, sed magis oporteret eos secundum quod placuerat piissimo atque Christo amantissimo principi, & ipsi sancto concilio in Ephesina ciuitate celebrato, facere quidē abdicatum eum, qui saluatoris gloriæ repugnauit, anathematizare autē eius scelestissimas blasphemias & cōfiteri damnationem eius, & consentire ordinationi sanctissimi & deo amantissimi episcopi Maximiani. His igitur literis eis datis, miserunt Alexandriam reuerentissimum & dei cultorem episcopum Paulum Emesenorum. Apud quem plures quidem facti sunt lōgique sermones. De his quæ Ephesi atrociter & inofficiose dicta gestaque sunt. Quorum obliuionem habentes necessaria magis appetere studia conueniebat. Interrogabam si portatis literas deo amantissimi episcopi Ioannis. Deinde obtulit mihi epistolam quæ quidem oportebat habere non habentem, sed dictatam magis non quo decebat modo impulsione omni non consolationis habebat virtutem, & hanc non respeximus, cum utiq; oporteret satisfactionibus meâ sedari pro his tristitiam, quæ facta videbantur in Epheso, & bona occasione dicebāt impulsos aduersus me propter zelum dogmatum sacrorum.

Sed

Sed audiebant, quia neque zelus eos mouisset diuinus, neque pro veritatis pugnantibus armarentur aduersus me, sed hominum blandimenta sequentes, & tunc potentium amicitias rapientes in semetipsos. Veruntamen deo amantissimo episcopo Paulo dicente: Paratum se esse blasphemare Nestorij dogmata, & confiteri eius scripto depositionem, & hoc agere pro omnibus, & tanquam ex persona omnium deo amantissimorum orientalium episcoporum respondi dicens, oblatam ab eo de hoc cartam sufficere, & solitam ut oporteret eum promereri nostrorum omnium communionem. Asserebam quoq; quia omnino inscriptam professionem de his exponere cōueniret reuerentissimum & dei cultorem Antiochenorum episcopum Ioannem. Quod etiam factum est, & quieuit quod interrompebat & recedere ab inuicē suadebat ecclesias. Sed erat nequaquam dubium, quia Nestorij blasphemiarum defensores tab. faceret sanctarum ecclesiarum pax. Et mihi videntur tale aliquid pati, quale contingere moris est natate quidem nescientibus, & de naue insperate delapsis. Qui dum suffocantur, pedes & manus huc illucque iactantes inordinatè eum, quem inuenerunt, simpliciter comprehendunt anima in angustia cōstituta miserimi. An certè non vere dicitur, quia conturbati sunt cadētes & desolati, & facti extra ecclesias, quas putabant futuras in adiutorium sibi. An nō perculsi sunt & in hoc importabiliter fugientes à se quos seduxerant inspicientes, & de cate-

ro respicientes ad veritatem eos, qui eorum prophanis nouitatibus, vt ita dicatur, fuerant debriati. Dicet utique quilibet eis & satis oportunè, quod voce prophetæ prolatus est: Congregamini & colligamini gens inerudita, antequam efficiamini sicut flos præteriens. Cur enim isti omnino facti sunt alienorum vomituum parafiti? Non confunduntur alterius fecibus sua corda polluentes. Surdi audite, & cæci respicite. Sapite de Christo vera & in simplicitate cordis quærite eum. Quæ enim utilitas est vobis, multiplicium machinationum, verborumque prauorum? Cur rectam iniuriantes iter, tortuosas facite veltras rotas. Nouate vobis noualia, & nolite seminare super spinas. Contristati enim sicuti dixi in pace sanctarum ecclesiarum, eius qui non patiuntur similia sibi sapere pessimè derogant & amarissimè nimis accusant satisfactionem sanctorum episcoporum, dico autem, orientalium. Deinde trahentes secundum quod sibi iocundum est atque charum & intelligentes non rectè, dicunt non dissonè hoc factum à Nestorij nouitatibus. Reprehendunt quoque simul & nos, tanquam his quæ dudum scriptissimus contraria sapientes. Audio autem, quoniam & illud dicunt, quia fidei expositionem seu symbolum nouum nuper suscepimus, quodammodo antiquum illud & venerabile exhonorantes. Sed fatuus quidem fatua loquatur, & cor eius inania sentiat. Verūtamen illud dicimus: Non fidei expositionem exacti sunt à nobis aliqui, seu etiam innouatam ab aliis suscepimus. Suf-

ficit.

ficit enim scriptura diuinitus inspirata sanctorumque sinceritas patrum, & ad omnia, quælibet habens rectè ornatum fidei symbolum. Quia verò fuerunt orientales sanctissimi episcopi discordantes à nobis in Epheso, & facti sunt quodammodo in suspicionibus captionis laqueorum Nestorij blasphemiarum, propterea & valde sapienter eripientes semetipsos huiusmodi quærela, & immaculatæ fidei amatoribus satisfacere festinantes, quoniam illius vesania extranei essent, fecerunt confessionem, & ipsa res est omni vitio & macula procul. Putas enim si & ipse Nestorius illo tempore, quo ei proponebatur ab omnibus nobis, vt oporteret abrenuntiare suis dogmatibus & defendere veritatem, scriptam fecisset frater his confessionem, & ipsum quisque dixisset fidei nobis symbolum innouasse. Cur igitur detrahunt vane expositionem symboli nouam nominantes consensum eorum, qui in Phœnice sunt deo amantissimorum episcoporum, qui fecerunt utiliter & necessario, satisfacientes & sanantes eos, qui suspicati sunt, quia Nestorij sequerentur voces. Sancta siquidem & vniuersalis Synodus in Ephesina ciuitate collecta prospexit necessariò, ne oporteret sanctis ecclesiis dei fidei expositionem alteram introduci præter eam quæ erat, quæ ter beati patres in spiritu sancto loquentes definierunt. Qui ergo semel nescio quomodo circa eam discordauerunt, facti quoque in suspitione eo quod non recta eligerent sapere, neque apostolica & Euangelica dogmata sequerentur, putasne tacen-

tes liberarentur huiusmodi fœditate, an magis si satisfacerent, & existentem in se virtutem gloriæ declararent, eum utique scripserit venerandus discipulus, parati semper ad satisfactionem omnipotentis vos rationem de spe, quæ in nobis est. Qui hoc autem ipsum agere vult, innouat quidem nihil, sed neque fidei expositionem noscitur innouare, sed manifestam magis cõstituit interrogantibus se quam habeat de Christo fidem. Audiui quoque super hoc quoniam deo amantissimorum episcoporum vnanimatibus non mediocriter contristati veritatis inimici sursum atq; deorsum circumeunt, & cœlestis suis adinuentionibus consonare dicunt virtutem confessionis ab eis factæ, quam super recta fecerunt fide, innocentes quidem sicuti dixi seu super inferentes priscis decretis omnino nihil, sed potius sequentes sanctorum irreprehensibilia dogmata, vt autem falsa carminum eorum redarguamus agere, deducamus ad medium Nestorij vanitates, & horum voces. Ostendet enim ita & non aliter examinatio veritatem. Itaque Nestorius perimens quidem omnino cõperitur vnigeniti filij dei secundum carnem generationem, neque natum dicit eum de muliere secundum scripturas. Sicut enim ait: Trãsisse deum ex Christi genitrice & virgine à diuina doctus sum scriptura, natum autem deum ex ea nusquam edoctus sum. In altera quoque rursus expositione dixit. Nusquam igitur scriptura deum ex Christi genitrice dicit virgine natum, sed Iesum Christum filium. Et quoniam hæc dicens in filios

duos

duos pariter vnum & alterum quidem seorsum esse dicit filium & Christum, dominum deum ex deo patre natum verbum, alterum vero rursus seorsum & patre filium & Christum & dominum qui ex virgine est, quomodo dubitabit quisquam, cum hoc ipsum apertè solum non clamare videatur. Isti verò dei genitricem nominant sanctam virginem, vnumque esse dicunt filium & Christum & dominum, perfectum in diuinitate, perfectum in humanitate, vtiq; animata eius carne anima rationali. Quia enim non alterum esse dicunt filium ex deo patre verbum, alterum verò rursus ex sancta virgine sicuti Nestorio videtur, sed vnum potius eundemque apertum fiet & valde facillimè per ea quæ sequuntur. Inferunt enim significantes qui sit perfectus tanquam deus perfectus autem & homo. Ante secula quidem ex patre natum secundum diuinitatem, in nouissimo autem dierum propter nos & nostram salutem, ex Maria virgine secundum humanitatem, consubstantialem patri eundem secundum diuinitatem, & consubstantialem nobis secundum humanitatem. Ergo nequaquam in duos diuidunt vnum filium & Christum & dominum Iesum, eundem vero esse dicunt, qui ante secula & in nouissimis. Palam autem est, quia ex deo patre tanquam dominum, ex muliere verò secundum carnem tanquam hominem. Quomodo autem intelligitur apud nos consubstantialem esse secundum humanitatem, vtiq; ex patre natus secundum diuinitatem, si non intelligatur & dicatur

Z

deus simul & homo idem. Sed non ita se habere hæc Nestorio videntur. Sed conuersa magis est intentio eius ad vniuersa contraria. Ait enim coram ecclesia exponens. Propterea & Christus dei verbum nominatur, quoniam habet copulationem ad Christum continuam. Et rursus. In confusam igitur naturarum seruamus copulationem. Confitemur in homine Deum, colimus sancta copulatione omnipotenti deo coadorandum hominem. Vides ergo. quantam dissonantiam habet sermo eius. Impietate enim nouissima plenus est. Christum etenim seorsum nominari dicit dei verbum, habere autem coniunctionem ad Christum continuam. Putas igitur non duos Christos apertissimè dixit. Non hominem deo coadorandum colit, nescio, quomodo dicit. Hæc ergo vicina his, quæ illos sunt videntur & non potius contrariam habent in alterutrum intellectum virtutem. Ille enim duo dicit apertè, isti verò Christum unum filium & deum & dominum se confitentur adorare, eundem ex patre secundum diuinitatem & ex sancta virgine secundum humanitatem. Duarum namque naturarum unitatem factam esse dicunt tamem unum Christum, unum dominum, unum filium confitentur apertè, factum est enim verbum caro secundum scripturas & conuentum dispensatum & ineffabilem verè dicimus factum dissimilium rerum ad unitatem inuisibilem. Non enim secundum aliquos antiquorum hæreticorum ex propria sumpsisse natura hoc est deitatis sibi præparasse corpus dei verbum suspicabimur. Sequentes autem ubique scripturas diuinitus inspiratas ex sancta virgine sump-

sisse eum adfirmamus. Propterea ex quibus vnus est & solus filius & dominus Iesus Christus tanquam in opinionibus suscipientes duas quidem naturas unitas dicimus, post unitatem verò tanquam perempta iam in duas diuisione vnã esse credimus filij naturam, tanquam vnus inhumanati & incarnati. Cum autem dicitur incarnatus & humanatus deus existens verbum, abiiciatur procul suspicio conuersionis, permansit enim quod fuit, confiteatur autem à nobis & inconfusa penitus unitas. Sed enim forsitan illud dicant aduersarij. Ecce palam rectæ fidei confessionem facientes duas quidem nominant naturas, diuidi autem deiloquorum voces proponunt secundum differentiam earum. Proinde quomodo non hæc sunt contraria tuis. Non pateris personis duabus aut subsistentiis voces distribuere. Sed optimi dicam. Scripsi quidem in capitulis, quisquis personis duabus seu subsistentiis distribuit voces, & alias quidem velut homini præter verbum ex deo seorsum intelligendo coaptat, alias autem tanquam deo decibiles soli verbo ex deo, sit iste damnatus. Vocum autem differentiam nullo modo perimimus, licet abiiciendum fecerimus partientem eas tanquam filio singulariter verbo ex patre, & tanquam homini rursus singulariter filio intelligendo ex muliere. Vnam enim confitemur verbi naturam esse. Nouimus autem quia incarnatum est & inhumanatum, sicuti iam prædixi. Quo autem modo incarnatum sit, si quis perscrutetur, contemplantur deum ex deo verbum seruifumentem

formam & in similitudinem hominum, sicut scriptum est. Et secundum hoc ipsum solum intelligitur naturarum sed subsistentiarum differentia. Non enim idem est in qualitate naturali diuinitas & humanitas. Nam quomodo exinanitus est dominus existens verbum. Deponens semetipsum in diminutionem, hoc est, in his, quæ nostra sunt. Quando igitur incarnationis animaduertitur modus duo alterutris ineffabiliter & inconfusè conuenientia per vnitatem contemplatur omnino humana mens; vnicam verò diuidit nūquam, sed vnum ex vtroque & dominum & filiū & Christum dominū, & esse credit, & indubitāter suscipit. Altera autem præter hæc Nestorij penitus secta est. Simulat quidem confiteri quia & incarnatus est & inhumanatus dominus existens verbum. Incarnationis autem virtutē nesciens duas quidem nominat naturas, separat autem ab alterutris eas deum seorsum ponens similiter hominem, particulariter copulatum deo per affectum, secundum solum æqualitatis honorem vel auctoritatem. Sic enim ait. Inseparatus ab eo qui videtur deus. Propterea eius qui non separatur, honorē non separo. Separo naturas, sed vno adorationem. Sed secundum Antiochiam fratres ea quidem ex quibus intelligitur Christus tanquam in puris & solis intellectibus suscipientes naturarū quidem dixerunt differentiam. Quia non idem est, sicuti dixi, in qualitate naturali diuinitas & humanitas, vnum autem filiū & Christum & dominum & tanquam vno existente ue-

rè vnam eius quoque personam esse dicunt. Partuntur autem nullo modo, quæ vnita sunt neque naturalem suscipiunt diuisionem, sicuti sapere visum est alienorum dogmatum præceptorum. Diuidi autem solas proponūt voces. Dicere autem dicunt eas non alias tanquam filium singulariter verbum ex deo patre, alias autem tanquam alterum rursus filium ex muliere. Sed alias quidem diuinitatem eius alias autem eius iterum humanitatem, deum enim eundem & hominem esse verum dicūt. Et alias communes factas aliquo modo, & velut ad vtrumque respicientes ad diuinitatem & humanitatē. Quale est quod dico. Sunt etenim aliquæ vocum maximè deo decibiles, aliquæ verò rursus hominem condecetes. Aliæ autem quendam ordinem obtinent, ostendentes filium deum existentem, & hominē simul. Quando enim Philippo dicit: Tanto tempore vobiscum sum, & non cognouistis me Philippe, non credis quia ego in patre, & pater in me est, qui vidit me, vidit patrem, ego & pater vnū sumus: deo decentissimam esse adfirmamus vocē. Quando vero iudeorū increpat populum illud dicens. Si filij Abraham essetis, opera Abraham vtique faceretis, nunc autem queritis me occidere hominem, qui veritatem loquutus sum vobis, hoc Abraham non fecit, homine decenter hæc dicta dicimus, veruntamen vnus filij & deo decibiles, nec non & hominem decibiles, deus enim existens factus est homo, non dominus esse desistēs sed in assumptione potius carnis & sanguinis fa-

CONSILIVM

Etus. Quia verò vnus est Christus & filius & dominus vnā eius etiam dicimus esse personam & nos & illi. Medias autem esse voces illas adfirmamus, vt est, quando beatus scribit Paulus, Iesus Christus heri & hodie idem & in secula. Et rursus: Si sunt dii multi, & domini multi in cœlo & in terra. Sed nobis vnus deus pater ex quo omnia, & nos ex ipso, vnus dominus Iesus Christus per quem omnia, & nos per ipsum. Et iterū. Optabam enim ipse ego anathema esse à Christo pro fratribus meis & cognatis meis secundum carnem, qui sunt Israelitæ, quorū est adoptio & legislatio & testamentum & gloria, quorum patres & ex quibus secundum carnem Christus, qui est super omnia deus benedictus in secula amen. Ecce enim, ecce Christum Iesum nominans, heri & hodie eundem esse dixit & in secula, & per ipsum fieri omnia, & secundum carnem ex iudæis super omnia nominat deum, in super & benedictū esse dicit in secula. Non igitur diuidas in his super domino voces, habent enim in idem quod deo decibile est & quod humanum. Coaptat magis tanquam vni filio, hoc est dei verbo incarnato. Aliud igitur est diuidere naturas, & hoc post vnitionem, & per solum æquum honorem copulatum dici hominem deo, & similiter aliud vocum differentiam nosse. In quo ergo Nestorij nouitatibus, quæ sunt illorum, conueniunt. Nam licet quibusdam videatur dictionum cōpositio, & verborum prolatio ad subtilem nimis scrupulositatem recedere mirū nihil est, valde enim hæc

EPHESINVM.

180

ad loquendum difficilia sunt. Propterea & sacratissimus Paulus quærebat à deo sermonem in apertione oris sui. Quia enim nō diuidūt in duos vnum dominum Iesum Christum, oportere dicētes coaptari voces diuinitati quidem eius deo decibiles, humanitati autem eius rursus humanas quomodo non omnibus palam est. Adfirmant enim, sicut dixi, sicut ipsum ex deo patre verbū natum in secula, & in nouissimis temporibus natum est secundum carnem ex sancta virgine. Subsequuntur autem & dicunt, quia propter ineffabilem & inconfusam vnitatem & dei genitricem esse credunt sanctam virginem, & vnum filium & Christum & deum confitentur apertè. Incredible autem omninò est, & vnum dicere, & in duos vnum secare, putari eos. Non enim ad hanc percussione[m] procederent, vt transgressores semetipsos constituerent quæ destruxerunt, rectè ædificantes inconsultè. Si enim Nestorij circumferuntur sectis, quomodo eas anathematizāt velut prophanas & scelestas. Aestimo autē oportere etiam causas dicere propter quas ad has inanes fabulas processerunt. Quia enim impietatis Arrij defensores veritatis virtutem scelestissimè cauponantes, verbum ex deo dicunt quidem factum hominem non tamen animato corpore vsum, agunt autem hoc malignissimè, & humanas voces ei attribuentes tanquam in diminutione constitutum paternæ celsitudinis, his qui eis obsequuntur ostendunt & alterius naturæ eum esse confirmant, propterea metuentes Orientales ne

Z iij

CONSILIVM

fortè aliquo modo dei verbi minueretur gloria & natura ex his, quæ humanè dicta sunt propter dispensationē discernunt voces, non in duos separantes, sicuti dixi, vnum filium & dominum, sed has quidem diuinitati eius attribuentes, has autem humanitati eius rursus. Veruntamen omnes vni. Audiui autem, quia scripserit quibusdam amicorum reuerentissimus & deo amantissimus episcopus Ioānes, tanquā me apertè dicente & clara voce proferente quidem differentiam naturarum, diuidente autem voces similiter naturis & hoc ipso scandalizantur aliqui, fuit ergo necessarium etiam ad hoc nos loqui. Nō ignorauit tua perfectio quia Apollinaris sectæ pollutionem in eis effundētes epistolis arbitrati sunt, quia exanime esse dixi secundum corpus Christi, & quia temperamentum aut confusio, aut cōspersio, aut mutatio dei facta est in carnem, aut certæ carnis translatio in naturam diuinitatis, vt nihil iam seruaretur pure, neque esset quod est, & æstimaerūt ex hoc Arrij me circumferri blasphemias, nolendo differentiam scire vocum, & alias quidem esse deo decibiles, alias autem humanas. Ne & decentes potius dispensatione quæ cum carne. Ego autem quia horum liber sum testabitur & ex aliis tua perfectio. Veruntamē oportebat scandalizatis satis fieri. Propterea scripsi ad sanctitatē eius quia neque sapui aliquando quæ Arrij sunt & Apollinaris, neque trāsformatum dei verbum in carnem dico, sed neque in naturam diuinitatis transmutatam carnem, eò quod inconuertibile

EPHESINVM.

181

fit & immutabile dei verbum, incomprehensibile autem & aliud, neque perimi aliquando differentias vocum, sed noui dominum deo decibiler & humanè loquentem, quoniam est idē deus & homo. Ergo hoc ipsum significare volēs scripsi quia docui confiteri naturam differentiam & diuidere voces similiter naturis, huiusmodi autem disputationes meæ quidem non sunt, prolatæ autem ab eo sunt. Illud quoque reor his, quæ dicta sunt addere necessario. Venit enim ad me deo amantissimus episcopus Paulus Emesensium, deinde sermone moto de recta & immaculata fide, requirebat à me & nimis studiosè, vtrū consentirem his, quæ scripta sunt à sacræ memoriæ & ter beato patre nostro Athanasio ad Epictetum episcopum Corinthiorum. Ego autem dixi, quia si seruantur apud vos non adulteratæ literæ, nam falsata sunt in eis plura à veritatis inimicis omninò cōsentio. Ille autem ad hæc dicebat habere quidem & se epistolam, velle autē de exemplaribus apud nos habitis sibi met satisfieri & agnoscere, vtrum aliquando falsati sint ipsi libri, an non. Et accipiens exemplaria antiqua, & cum his quæ ferebat comparisonem faciens inuenit hæc adulterata, & petiit ex codicibus apud nos habitis paria fieri & antiochenorum ecclesie destinari. Quod etiam factū est, & hoc est, quod scripsit reuerentissimus & deo amantissimus episcopus Ioannes Carreno de me. Quia exposuit quæ de humanatione sunt, contextam nobis & paternam traditionem penè ex omnibus, vt ita

CONSILIVM

dicam, fieri periclitantem. Si autem circumferūt aliqui epistolam velut scriptam à reuerentissimo presbytero romanorum ecclesiæ Philippo, tanquā sanctissimus episcopus Cælestinus indignatus fuerit super damnationem Nestorij, & scripserit ei non credat sanctitas tua. Consona enim secundo concilio scripsit, & omnia confirmavit, quæ ab eo gesta sunt, eademque sapit quæ nos. Si autem etiam tanquam à me scripta circumferatur ab aliquibus epistola, quasi pœnitentiam agente in his, quæ gessimus in Epheso, irrideatur & hæc. Sumus enim propter gratiam saluatoris in bono sensu, & à congrua nunquam ratione recedimus. Saluta quæ apud te est, fraternitatem, te quæ nobiscum est, in domino salutat.

Explicit translatio primi
Ephesini concilij.


Subiiciebatur huius Concilij gestis, Epistola Beati Papæ Athanasij ad Epictetum cuius mentio fit in epistola Cyrilli quæ hanc vltimam præcedit, & si quoque variis locis, subiiciebātur etiam deinceps tres epistolæ Paschales Beati Theophili Alexandrini episcopi à beato Hieronymo, versæ in Latinum cum eiusdem ad eundem Theophilum epistola, sed cum hæc omnia sint iam typis edita, editione eorum supersedimus.

Antonius Contius partim scripsi, partim amanuensi meo dictavi: omnia autem relegi & contuli.

EPHESINVM.

182

IN canonibus huius concilij Græcis ex Hilario exemplari per Io. Tilium apud Neobarium Lutetiæ editis quædam inserta reperuntur quæ in superioribus gestis non extant, ea igitur subicere, ne quid desiderari possit, visum est opportunum.



KANONES TON DIAKOΣION *Adscribuntur*
 AΓION KAI MAKAPION PATE~~TE~~ *sequentia cũ*
 PΩN TON EN EΦEΣΩ ΣΥΝΕΛΘΟΝ *8. canombus*
 TON META THN YFATEIAM ΦΛΑ *& epistola*
 ΒΙΟΥ ΘΕΟΔΟΣΙΟΥ ΤΟ ΤΡΙΣ ΚΑΙ *Synodi eius-*
 ΔΕΚΑΤΟΝ, ΚΑΙ ΦΛΑΒΙΟΥ ΟΥΑΛΕΝ *dem de Eu-*
 ΤΙΝΙΑΝΟΥ ΤΟ ΤΡΙΤΟΝ ΤΩΝ ΑΙΩ *staclno metro*
 ΝΙΩΝ ΑΥΓΟΥΣΤΩΝ ΠΡΟ ΔΕΚΑ ΚΑ *polita, iit ea*
 ΛΑΝΔΩΝ ΙΟΥΑΙΩΝ. *que amplius*
addita sunt i
1. to. concilio-
rum in frag-

mentis huius concilij, ne quid desiderari possit. Non debet mirum videri si in superioribus gestis canones nō sunt comprehensi. Solebant enim seorsum a gestis & dogmatibus describi vt notat Theoderus Balsamon in Nomocanone.

DESUMPTA QUÆDAM
capita ex libro 14. historię Eccle-
siasticę Nicephori Callisti,
quę maximè ad conciliũ
nostrum Ephesinum
facere videbantur.

*Ut post Sisinum Nestorius hæreticus episcopus lectus,
per arrogantiam turbis & tumultibus
compleve ecclesiam instituerit.
Cap. XXXI.*

Sisino patriarcha defuncto, sicuti dictum est, eis qui honores & magistratus gerebant, placuit, neminem ex eius ecclesię clero episcopum creare, propter vanam eorum, qui honorem talem temerè, quibus ipsi fauerent, mandatũ volebant, gratiam. Rursus enim alij Philippo, alij verò Proclo cupiebāt: sed aliũ de quempiam designare visum est. Erat tum Antiochię Germaniciensis patria vocalis & facundus Nestorius: hunc quòd in dicendo promptus & facilis esset, Antiochia accersendum statuerūt qui laudem etiam castitatis meruerat maximam. Præterierāt menses tres, & ille adducitur, & episcopus Constantinopolitanus creatur. Qualis verò is vir fuerit, prima statim eius concio indica-

HIST. ECCL. NICEPHO. 183
uit. Illico nanque post consecrationem, decantatam illam propalam apud populum, ad imperatorem verba dirigens, emisit vocem: Da mihi, inquiēs, o imperator, terram ab hæreticis liberam & puram, & ego tibi cœlum reddam. Tu mihi hæreticos extirpa, & ego tibi Persis delēdis adero. Hęc eius dicta multi quidem comprobant. Qui verò certò sciunt animum ex verbis diiudicandum esse, illi mentis eius leuitatem, animum arrogantem, & vanam gloriam affectantem,prehenderunt: propterea quod, quum nondum quidquã ibi satis degustasset, ad eiusmodi productus sit verba. Ardorem verò & æmulationē deinde pro ecclesia spirans, ædem precatoriam Arianorum demolitus est. Atque illi templum suum dirutum cernentes, igne insuper coniecto, non id modò, sed & magnam vicinorum edificiorum partem concremarunt. Deinde Nouatianos quoque turbare aggressus est. Non eos verò solum, verumetiam qui per Asiam, Lybian & Cariam, & qui præterea Miletu & Sardis erant; Quatuordecimanos, quorum multi seditione & tumultu propter ipsum concitato interiere. Et quum Macedoniani Antonium episcopum Germesem, qui eos Nestorij iussu admodum affligebat, percussoribus quibusdam summissis, qui voluptatem honesto præferunt, iugulassent, occasionem eam & causam arripuit, & ecclesias eis Constantinopoli, Cyzici, & in Hellesponto ademit. Ex quibus nõnulli vi ea adacti, se ad omnes consubstantialis fidē contulere. Accidit por-

rd, vt qui alios ita ecclesiis expelleret, ipse quoque eiiceretur, cum de repente bellum acre aduersus ecclesias concitasset. Id bellum inde sumpsit exordium.

Vt Nestorius in ipso flagranti crimine per discipulū suum Anastasium sit deprehensus, Christum Dominum nudum hominem dicere, & sanctam Christi Deiparam matrem Christi genitricem appellare. Et quæ de eo memorie prodiderit Socrates ecclesiasticus historicus. Et de prodigio quod in ecclesia accidit.

CAP XXXII.

Anastasius quidam presbyter in maximo apud Nestorium honore fuit, comes profectiois eius, quum ille se ad episcopatum ineundum cōferret. Quo tempore etiam ad Theodorum Mopsuestiensem diuertit dogmatibusque eius auditis, à vera pietate Nestorius ipse transuersim actus est: quem admodum Theodulus in epistola scribit. Anastasius igitur iste, acer Iudaicorum dogmatum & actionum Nestorij suator, verba aliquando in ecclesia Constantinopolitana ad Christi fidelem populum faciens, hoc propalàm & apertè dicere ausus est, Mariam θεοτόκου hoc est, Dei genitricem nemo vocato. Maria enim homo fuit. Vt autem ab homine Deus gignatur, fieri non potest. Dolum hunc quum primum Eusebius rhetor deprehendisset, eundemque deinde & clerus, & pietate in populo præstantissimus quisque

grauiter ferret & elocutionem eiusmodi blasphemiam esse putaret, non paruus tumultus excitatus est. Dudum enim de theologia & Christi diuinitate edocti fuerant, quòd videlicet ille cœconomix seu administrationis gratia veluti homo purus, haudquaquã à diuinitate secesserit. Ea in re apostoli Pauli verbo fidem habentes, qui dicit: Etiam si Christum secundum carnem cognouimus, nunc tamen non cognoscimus, & rursum: Quapropter relinquētes eum qui de Christo rudes instituit sermonem, ad perfectionem contendamus. Turba tali, sicuti fieri assolet, gliscente, Nestorius impietatis dux nō solū Anastasium non reprehendit atque inhibuit, verumetiã studiosè laudauit, & dictis eius assensum prorsus suum præbuit: eum quem in precio habebat, vt blasphemum arguere nolens. Et quòd contendendi studio teneretur, frequētius in ecclesia docuit, & vbique vocabulum Dei genitricis exterminauit, à seipso pleraque illegitimè & subrepticè statuens atque confingens, apertèque animi sui venenum eructans, ad blasphemiam se dedit. Proinde quæstione huius rei apud omnes diulgata, atque aliis aliter eam accipientibus, dissidiū in ecclesia ortum est: atque homines, sicuti in nocturna pugna inter se sunt conflictati, nunc hæc nunc illa affirmantes & negātes. Nestorius verò à multis existimatus est, Dominum merum hominem esse opinari, atque olim Pauli Samosatēni & Photini inter mortuum dogma renouare, & in ecclesiam sensim inducere. In tantum sanè

quæstio hæc agitata est, vt vniuersali etiam opus esset synodo. Porro Socrates, qui Ecclesiasticam historiam conscripsit, de Nestorij opinione hæc commemorat. Ego, inquit, quum edita à Nestorio scripta legerē, imperitum hominem esse reperi: atque id ita verè dicere possum. Neque enim odio ductus, tenuitatis eius qua aliis inferior fuit, meminero: neque cuiquam gratificatus, quibus alios superauit dotes exponam. Non mihi videtur Nestorius vel Paulum Samosatenum, vel Photinum imitatus, merum hominem Dominum dicere: sed uocabulum ipsum tantum sicuti laruam reformidat, idque propter multam imperitiam facit. Quum nanque naturali quadam facundia præditus sit, probè quidem eruditus esse putatur: re autem ipsa indoctus fuit, & veterum interpretum libros versare noluit: siquidem expedita linguæ volubilitate elatus, animum ad illorum scripta non accuratè intendit, sed seipsum omnibus præstatiore esse duxit. Itaque illud statim ex catholica Ioannis epistola, quod in vetustis exemplaribus scriptum est, ignorauit: Quod spiritus omnis, qui Iesum soluit, ex Deo non est. Non sententiam hanc, qui ab administratione hominis in Christo diuinitatem segregare voluerunt, ex antiquis exemplaribus sustulerunt. Quapropter & prisca interpretes hoc ipsum indicauerunt, fuisse nimirum quosdam, qui epistolam eam deprauarint, hominem à Deo soluere volentes. Assumpta autem est à diuinitate humanitas, & iam non duo sunt, sed vnum:

HIST. ECCL. NICEPHO. 185
vnum: quo veteres freti, Mariam θεοτόκον, hoc est, Dei genitricem dicere non dubitarunt. Sic enim & Eusebius Pamphili in tertio de vita Constantini libro, hac de re ad verbum inquit: Nam & natiuitatem qui est nobiscum Deus, nostra causa subire sustinuit, & locus natiuitatis eius in carne nominatim apud Hebræos Bethleem prædictus est. Quamobrem etiam Dei amantissima Helena Augusta, gestationem vteri Dei genitricis admirandis monumentis cohonestauit, & sacrum illud antrum multifariam exornauit. Origenes verò & ipse in tertio Commètariorum in epist. ad Rom. tomo, quomodo Dei genitrix dicatur exponens, copiosè id explicat. Apparet igitur, Nestorium lucubrationes veterum ignorasse. Proinde, sicuti dixi, loquutionem solam oppugnat. (Quin ille non vocabulum ipsum modò, sed prorsus etiam Deum esse, qui genitus est, negauit. Qui enim ex virgine sancta natus est, idem crucifixus quoque est, qui quidem Dominus est gloriæ, quemadmodum Apostol. ait: Si enim cognouissent, Dominum vtique gloriæ non crucifixissent. Nestorius autem inquit: Ne gloriaris Iudæ; Deum non crucifixisti. perinde atque Dominus gloriæ crucifixus non esset.) Quandoquidè quòd Christum, non purum hominem dicat, sicut Photinus, aut Paulus Samosatenus, homiliæ seu populares eius conciones editæ docent. Nunquam enim Dei verbi substantiam tollit, sed vbique id in carne subsistere, & carni inesse profiteretur. Nec ille, sicuti Photi-

EX LIB. XIII.

nus & Samolatenus, subsistētiā eius abolet. nā id Manichæi & Montanistæ quoque opinari sunt ausi. Sic ego Nestorium sentire inuenio, atque id simul & ex libris eius quos legi, & ex sēctatorum eius dictis animaduerti. Non paruum verò turbam orbi vniuerso ineptiæ Nestorij peperere. Hæc Socrates. Et cū ille sic blaterans nugaretur, vt detestandum quiddam in Ecclesia fieret, accidit. Nam primarij cuiusdam magistratus serui crudeliter ab hero accepti, ad ecclesiam confugere: & ferrum in manibus habentes, ad sanctiorem sacrificij aram irruere: iusque inde atque coacti exire, haudquaquam paruerē, diuinas ceremonias impediētes: & diebus pluribus strictos & coruscantes enses præ se ferentes, vt obuios omnes ferirent, parati fuere. Atque vbi clericum quendam trucidarunt, aliūque insuper vulnerarunt, postremò tandem seipso interemerunt. Porro ex eis qui affuere, quidam mali ominis esse, templi profanationē & inquinacionem, prædixit: poetæ cuiusdam iambos allegans eiuscemodi.

σημεία καὶ γὰρ ταῦτα γίνεσθαι φιλέῃ,
ὅταν τι ναοὶς ἐν κατασκευῇ μύσος.

*Affueuit omen ferre triste, sanctius,
Si forte templum polluat piaculum.*

Nec ille prorsus non vera dixit. Cū enim diuisionem populi & dissidium, tum eius qui seditiosæ eiusmodi discessionis autor esset, abrogationem

HIST. ECCL. NICEPHO. 186

tionem prædicere visus est. Enimuerò Nestorius non aliis tantum, sed Proclo quoque per dissentionem aduersatus est. Quum enim ille in ecclesia docens, Nestorio præsidente, orationem in hæc verba conceptam haberet: Virginalis hodie, ô fratres, celebratur conuentus: Exultet natura, choros ducat hominum conditio: Coegit & conuocauit nos sancta Dei genitrix, impollutum decus atque ornamentum virginitatis. Ob eam causam ad contentionis studium delapsus Nestorius, dissidere quàm maximè à Proclo cœpit.

DE EPISTOLIS SANCTI CYRILLI
ad Nestorium item de duodecim capitibus, in quibus illius carpit peruersam opinionem. Præterea quæ de Nestorio scripserit Celestinus.
CAPVT. XXXIII.

Sed enim diuinus quoque Cyrillus vbi Nestorij blasphemias audiuit, vnam atque alteram ad eum dedit epistolâ, in quibus disertis verbis eos qui non apertè Christum Deum profiterentur, sed blasphemis verbis hominem deiferum atque organum seu instrumentum diuinitatis esse dicerent, anathema esse proclamauit. Cui Nestorius literis rursus obuiauit, conuiciis simul & blasphemis rem agens. Eis verò Nestorij literis, ingentes hæresis fluctus cructantibus, acceptis, cum quatuor quibusdam aliis prouincialem Alexandriæ

EX LIB. XIII.

synodum congregavit, atque ei vtriusque vtrò
 citròque datas epistolas exhibuit, quarum exem-
 pla & synodi ipsius decreta ad veteris Romæ e-
 piscopum Cælestinum misit. Ad Nestorium in-
 super tertiã dedit epistolam, cui multũ celebrata
 illa duodecim capita, vnã cũ anathematismis ad-
 iunxit: quæ vt hic insererem, æquũ esse duxi. Ea
 sic habent. Si quis nõ profitetur verum Deũ esse
 Emmanuelẽ, proindeque virginem Mariã Dei
 genitricem (genuit enim illa carnaliter eum qui
 caro factus est, deum scilicet ex Deo Verbum)
 anathema sit. Si quis non profitetur carni secun-
 dum substantiam vnitũ esse id quod est ex Deo
 patre Verbum, vnũque esse Christũ cum pro-
 pria carne, eundem scilicet Deum simul & ho-
 minem, anathema sit. Si quis in vno Christo sub-
 sistentias diuidit post vnionem, sola eas conne-
 ctens coniunctione, quæ secundum dignitatem
 siue auctoritatem aut potestatem est, & non po-
 tius vnione naturali, anathema sit. Si quis duabus
 substantiis in Christo, voces in Euangelicis &
 Apostolicis scriptis, vel à viris sanctis, vel ab ip-
 so de seipso tributas diuidit, & alias quidem vt
 homini, extra id quod ex Deo patre est Ver-
 bum, propriè conuenientes, alias verò veluti
 Deo congruentes ei soli quod ex Deo patre est
 Verbo accommodat, anathema sit. Si quis dicit
 hominem Christum Deiferum, & non potius
 verum Deum esse, vt pote vnũ & quidem na-
 tura filium, pro eo atque Verbum caro factum
 est, & nobiscum æqualiter de sanguine & carne
 (extra

(extra peccatum) participauit, anathema sit. Si
 quis dicit Deum aut Dominum Christi esse,
 quod ex Deo patre est verbum, ac non potius
 ipsum Deum profitetur & hominẽ, quum Ver-
 bum caro factum sit, secundum scripturas, ana-
 thema sit. Si quis dicit veluti hominem Iesum à
 Deo verbo agiturum, eique præclaram vnigeni-
 ti gloriam circumdatam esse, vt qui alius ab ipso
 existeret, anathema sit. Si quis dicere audeat, ho-
 minem assumptum vnã cum Deo Verbo coado-
 rari & conglorificari & collaudari, dicique
 Deum debere, sicuti alterum cum altero (parti-
 cula enim Con adiecta, semper id cogitare at-
 que intelligere cogit) ac non potius Emanuelem
 adoratione vnã honorandum, & vnã ei glori-
 ficationem tribuendam esse, pro eo atque Ver-
 bum caro factum est, anathema sit. Si quis dicit
 Dominum Iesum Christum glorificatum esse
 à Spiritu, perinde atque aliena virtute vsus sit, &
 ab illo acceperit, vt efficax contra impuros spiri-
 tus esset, & diuina miracula inter homines edere
 posset, ac non potius proprium ipsius spiritum
 profitetur, per quem diuina fecit miracula, ana-
 thema sit. Si quis pontificem & apostolum con-
 fessionis nostræ factum esse Christum, sicuti di-
 uina refert scriptura (obtulit enim seipsum pro
 nobis in odorem suauitatis Deo patri) si quis in-
 quam pontificem & apostolum nostrum factum
 esse, non ipsum Dei verbum, quum caro & sicut
 nos sumus homo factum est, sed tanquam alium
 propria & peculiaria quadam ratione ab eo qui

ex muliere est, hominem: præterea si quis eum etiam pro seipso, & non potius tantum pro nobis oblationē obtulisse dicit (neque enim oblatione opus habuit, qui peccatum nō nouit) anathema sit. Si quis non profiteretur carnem Christi uiuificam & propriam ipsius, quod ex Deo patre est, Verbi, sed alterius cuiusdam ab ipso esse, veluti ei iuxta dignitatem coniuncti, quasi solam diuinam habitationem in ea habuerit, & non potius (quemadmodum diximus) uiuificam, quæ Verbi propria facta sit, omnia uiuificare valentis, anathema sit. Si quis non profiteretur Dei Verbum carne passum esse, & carne crucifixum, & carne mortem gustasse, atque primogenitum ex mortuis factum esse, eō atque uita & uiuificans est, ut pote Deus, anathema sit. Cælestinus Romanus episcopus diuini Cyrilli literis acceptis, & graui præterea de Nestorio fama audita, ad eum scripsit: decem exactis diebus, si adhuc in eadem impietate perseveraret, non amplius eum ad communionem admittendum: sed potius omnino sacerdotum Christi catalogo eximendum: illōsque ad eō ad communionem recipiendos esse, qui propterea ab eo quod pro fide recta stetit, excommunicati fuerant. Porro non Nestorio modò Cyrillus & Cælestinus, sed etiā Ioanni Antiocheno, Theodoti successori, & Iuuenali Hierosolymitano, hæresim Nestorij exponentes, scripserunt. Ipse quoque Ioannes ad Nestorium epistolam dedit, admonens hominem, ne à patria fidei professione deficeret, sed rectè

HIST. ECCL. NICEPHO. 188
rectè filium Dei ex sancta Dei genitrice Maria genitum esse profiteretur, neque in duo eum partiretur, neque etiam iuxta progressum seu profectum Deificatum esse diceret. Apostolicam illi etiam vocem subiiciens, quæ est: Misit Deus filium suum factum ex muliere. Et simul illi suasit, ne sententiam ipse suam ut rectam & certam retineret, sed potius quod in commune commodum atque utile esset, sequeretur. Misit insuper ad eum quas Cælestinus & Cyrillus scripserant literas. Nestorius sibi ipsi obsequutus est. Et quoniam sciebat ecclesiarum præfules in ecclesiæ turba haudquaquam tacituros, Theodosium permouit, ut Sacram ad Cyrillum mitteret, in qua multa illi obiiciebat, & multa minabatur, nisi in Nestorij decretis acquiesceret. Et quam talibus literis se illum pessundaturum existimaret, magis etiam commotum excitauit. Accepto namque spiritu diuus Cyrillus, ad ipsum imperatorem & eius sorores libellos doctè compositos misit, quibus simul certam rectæ fidei professionem, & peruersam Nestorij uerborum opinionem ostendit: tum autem, ut synodus uniuersalis cogere petitione, ut Nestorij res certò in apertum proferrentur.

DE TERTIO SANCTO VNIVERSALI
Epheſo concilio, in quo Nestorio
episcopatus est abrogatus.

CAPVT XXXIII.

Aa iij

Theodosius imperialibus literis suis in metropoli Epheso locorum omnium episcopos conuenire iussit, sacram Pentecostes diem, quia conuenirent, constituens. In ea quippe die Spiritus uiuificator ad sanctos Apostolos peruenit. Literis ipsis illud quoque adiecit, neminem se vel apud Deum vel apud homines excusaturum esse, qui non statim ad designatam sanctæ Pentecostes diem præsto ibi esset. Qui nanque, inquit, ad episcopalem sacrum conuentum vocatus non alacriter accurrit, non bonæ conscientie esse apparet. Nestorius, qui non longè ab Epheso abesset, cum turba multa statim post festum Paschæ diem Ephesum venit, multos ibi iam congregatos episcopos reperiens. Cyrillus quoque cum suis ante destinatum diem affuit. Quinta post Pentecostem die, Iuuenalis cum Palæstinis episcopis venit. Quibus ita conuenientibus, celebris & magnus ille Euthymius Petro Saracenorum episcopo abeunti præcepit, in Cyrilli Alexandrini & Acacij Melitensis omnino sententiam sequeretur, columnas & fastigia rectæ fidei eos esse testatus. Cœlestinus autem Romæ episcopus, propter nauigationis pericula, ipse synodo adesse detrectauit: ad Cyrillum tamen, ut locum ibi suum obtineret, scripsit. Ex quo tempore, fama est, mitram illum & Papæ appellationem, atque ut orbis vniuersi iudex appellaretur

HIST. ECCL. NICEPHO. 189
 tur accepisse. Quæ deinde omnia per successionem ad eos etiam peruenerint, quibus forte Alexandrinæ ecclesiæ thronus legitimè obuenisset sacros episcopos. Solus Ioannes Antiochenus antistes cum Orientalibus suis episcopis, longè etiam post diem constitutum, tardius affuit: non dedita ille opera moratus, sicuti se pluribus verbis excusauit: sed quòd tam celeriter episcopos qui sub eo essent, cogere non potuerit. Magnis enim locorum interuallis ditionis eius vrbes distant, ab ea quæ olim quidem Antiochia nunc autem Theopolis dicta est. Duodecim nanque dierum itinere, & aliquo præterea exiguo, homini expedito & succincto absunt. Tum autem Antiochia ipsa Epheso triginta dierum via maximè distat. Confirmauit ille etiam, ad designatum se non venturum fuisse diem, si à nouo qui dicitur Dominico die collegæ sui in sedibus suis esse perseverassent. Vbi post diem constitutum dies quindecim præterire, & Antiochenus præsul non aduenit, multique episcopi morbis & erumnis aliis pressi sunt, de communi sententia vigesimo mensis Iunij die episcopi congregati sunt circiter centum & triginta, à condito mundo quinquies millesimo noningentesimo decimo quinto, à secunda autem synodo quadagesimo & vno anno, præsentente Iuuenali & diuino Cyrillo, qui Cœlestini locum tenuit, Romani (ut diximus) episcopi. Die primo Nestorius etiam præstò fuit. Atque ubi de quæstione eius agi ceptum est, Cyrillus Alexandrinus in prima veli-

ratione iacula fortiter iaciens, Nestorium admodum perstrinxit. Hostili enim iamdudum erga eum erat animo. Et quum Christo sententiis suis diuinitatem multi tribuerent, vnúmque & eundem esse filium, ex patre quidem ante secula genitum, extremis autem temporibus ex perpetua virgine hominem factum, neque alium atque alium, sed vnum atque eundem, & virginem Mariam propriè & verè θεοτόκον Dei genitricem dicendam esse assererent, assurgens Nestorius: Ego, inquit, bimestrem aliquem & trimestrem Deum non dixerim. Proinde purus sum sanguinis vestri, & postea ad vos non veniam. His verbis dictis, cum sex episcopis egressus est, & deinceps cum illis conuenire solitus fuit: aliis quoque assumptis, qui prauam eius fidem sequebantur. Ita synodus in partes duas diuisa est. Cyrillus, & qui cum eo erant, postridie consilio coacto, vt mos est, tribus episcopis missis, Nestorium vt in conuentum veniret citarunt. Ille id contempsit, & haudquaquam comparuit, synodum in Antiocheni episcopi aduentum diffundens. Vt autem ille iterum atque tertio vocatus, responsum nullum, quo se defenderet, dedit, & conuiciis atque contumeliis eos qui ad se missi erant remisit: synodus sancta trecentorum illorum & decem octo diuinorum patrum symbolum in medium, & Cyrilli atque Nestorij, quas vltro citroque de dogmate dederant literas, sacram item illam Cœlestini ad ipsum Nestorium scriptam epistolam protulit. Atque
vbi

vbi Theodotus Ancyranus & Melitensis Aca-
cius blasphema eius verba, quibus apertè Ephesi
multis præsentibus vsus fuerat, indicauere, &
multæ eximiorum & sanctorum virorum voces
auditæ, insuperque alia Nestorij impiè dicta
congesta sunt, impium illum exautorauit, sen-
tentia hisce verbis concepta. Quum præter alia
reuerendissimus Nestorius, neque vocationi no-
stræ audiens esse voluerit, neque à nobis missos
sanctissimos & piissimos episcopos admiserit,
necessariò eò descendimus, vt de impietate eius
inquireremus. Et quoniam quum ex epistolis
& scriptis eius, quæ lecta etiam sunt: atque item
ex verbis, quibus in Metropolitana hac vrbe
vsus est: tum ex testium dictis, impiè eum &
sentire & docere deprehendimus: necessitate
nobis à canonibus, & sanctissimi patris colle-
gæque nostri Rom. ecclesiæ episcopi epistola,
imposita, diu multúmque lachrymantes, ad tri-
stem hanc peruenimus sententiam. Qui igitur
ab eo blasphemis expetitus est, Dominus
noster Iesus Christus, per præsentem
sanctam synodum dicreuit, Nesto-
rium ipsum à dignitate episco-
pali, & sacerdotali con-
uentu omni esse
alienum.

EX LIB. XIII.

Vt triduo post Ioannes Antiochenus & Theodoritus aduenientes, Cyrillum & Memnonem Ephesum episcopali dignitate priuarint: Synodus autem ipsos id ausos, rursus episcopatu abire iusserit. Vt Theodoritus contra duodecim Cyrilli capita dixerit, huiusque rursus Cyrillus responderit. Vt Nestorius Oasim exulatum ierit. Vt Ioannes & Cyrillus in gratiam reducti idem senserint, & iussu imperatoris Nestorij abrogationem ratam habuerint. Epistola Cyrilli, quam per Paulum Emesenum ecclesie Antiochena scripsit.

CAPVT XXXV.

Nost latam hanc legitimam sententiam, Ioannes Antiochenus cum sacerdotibus & episcopis suis duobus & viginti, triduo à Nestorij condemnatione aduenit. Et re sicuti acta fuerat cognita, Cyrillo valde succentuit, qui sic ad Nestorium exautorandum deproperasset. Et facta à synodo discelsione, concilioque, cum Nestorio coacto, Cyrillo & Memnoni Ephesi episcopo, sicuti illi videbatur, dignitatem abrogauit. Cyrillus & Memnon, postquam libellos suos synodo, quæ cum eis congregata fuerat, obtulerunt, (quanuis Socrates per ignorantiam aliter scripserit) Ioannes vnà cum suis euocatus est, ut rationem de condemnationis sententia, quam illegitimè tulisset, redderet. Vbi verò ille non comparuit, post tertiam citationem, sicuti mos est, Cyrillus quidem & Memnon à sancta vniuersali synodo à condemnatio-

HIST. ECCL. NICEPHO. 191
 nis sententia præter rationem lata absoluti sunt: & qui eos damnauerant, in vincula ea deciderunt. Nam à diuina communione sunt exclusi, & sacerdotalis eis autoritas omnis adempta est; Ioanni videlicet, & qui in partibus eius erant episcopis, in quibus etiam fuit sapiens ille Theodoritus Cyri episcopus: donec se ipsos condemnantes, erratum suum professi sunt. Theodoritus sanè Ioannis vicem ægrè ferens, in Cyrillum inuectus est: confutans etiam, quæ tertie ad Nestorium epistolæ duodecim capita Cyrillus adiunxerat, perperam ea exponendo. Quod quum non ritè fecerit, Nestorio quàm maximè patrocinari iudicatus est. Aduersus quod scriptum Theodoriti, ea quæ diximus capita Cyrillus doctè tutatus est, ea pro eo atque decuit interpretando, & latentem in eis sententiam declarando. Hæc omnia quum ab vtraque parte ad imperatorem sunt relata, tum episcopi eidem præsto fuere, qui acta factionis vtriusque renunciarunt. Imperator primùm Nestorij condemnationem ratam non habuit. Orientales enim episcopi Nestorium secum abductum in annum tertium per vim in episcopatu retinere. Quarto autem ab illius condemnatione anno, Ioannes antiochenus iudicium Dei metuens, & multos præterea praua Nestorij opinione interire videns, Theodosio imperatori, & quamprimùm eum ex Orientali ditio-
 ne eiiceret, significauit. Et imperator postquam blasphemiam illius certò cognouit, confestim

EX LIB. XIII.

Nestorium quidem Oasim deportari iussit. Ad Cyrillum autem & Ioannem piè scriptas literas dedit, ut quum inter se consentirent, tum vterque latam aduersus Nestorium condemnationis sententiam confirmaret, & dissidio omni ecclesias Dei liberaret. Porro Nestorius ubi communionem, quæ sibi cum Ioanne Antiocheno intercellerat, in contentionem & dissidium euasisse cognouit, pœnitentia ductus, Mariam θεοτόκου, Dei genitricem vocauit: Dicitur, inquiens, etiam Dei genitrix Maria, & contentiones tristes facebant. Verum nemo prorsus id eum per pœnitentiam dixisse arbitratus est. Ioannes Antiochenus episcopus imperiali iussioni cedens, Paulum Emesenum episcopum Alexandriam ad Cyrillum cum libello misit, in quo Germana & sincera fidei professio, necnon amicitie conciliatio, & scandalorum seu offendiculorum amolitio expressa est. Venerandus autem ille Cyrillus libello accepto, atque professione fidei ei inserto comprobata, & veteres sanctos patres, & seipsum ita sensisse confirmauit. Atque epistola ea vehementer laudata, hisce verbis Ioanni rescripsit.

Lætentur cœli, & exultet terra. Dirutum enim est interstitium maceræ: & quod mœrorem fecit, conquieuit, modisque discordiæ omnis sublatum est, eo quod Seruator omnium nostrum Christus, ecclesiis suis pacem conciliauit, & ad eam nos piissimi & Dei amantissimi Principes vocarunt. Qui maiorum pietatis æmulatores

HIST. ECCL. NICEPHO. 192

optimi, quum ipsi in statu suo certam atque immotam conseruant fidem rectam, tum præcipuam de sanctis ecclesiis gerunt curam, ut simul & præclaram in æuum gloriam habeant, & quàm celeberrimam imperij sui administrationem reddant. Quibus etiam ipse virtutum Dominus manu liberali bona tribuit: simulque dat, ut & aduersariis imperent, & victoriam ab eis reportent. Non enim fallit is qui dicit: Viuo ego, dicit Dominus, quoniam glorificantes me glorificabo. Quum igitur Alexandriam venisset Dominus meus, piissimus frater & collega Paulus, animi voluptate & gaudio repletus sum: ac meritò quidem, quòd tantus scilicet vir partes suas ut mediator interponeret, & supra vires tantum laborem adiret, ut diaboli inuidiam superaret, ea quæ diuisa erant coniungeret: & sublatis è medio scandalis atque offendiculis, concordie & pacis corona vestras simul & nostras cohonestaret ecclesias. Et post alia. Quòd verò superflua prorsus & importuna ecclesiæ, præterque causam suscepta discordia fuerit, nunc maxime certior sum factus, ex quo piissimus dominus meus Paulus episcopus libellum extra calumnie aleam positum attulit, fidei professionem complectentem: quem à sanctitate tua & piissimis isthic episcopis compositum esse confirmauit. Libellus is quibus conscriptus erat verbis, epistolæ adiunctus fuit. Porro de Dei genitrice, & quæ sequuntur: Sanctis hisce

E X L I B. X I I I I.

vocibus vestris lectis, ita nos quoque ipsos sentire inuenimus. Vnus enim est Dominus, vna fides, vnum baptisma. Quapropter rerum vniuersarum seruatorem Deū glorificauimus, mutū nobis congratulantes, quod congruentem cum diuinitūs inspiratis scripturis & traditione sanctorum patrum nostrorū nostræ simul & vestræ ecclesiæ habeant fidem. Verūm hæc qui inquirere volet studiosus, in synodi eius actis reperiet.

QUALIA SE PASSVM ESSE Nestorius ipse de se scribat. Et vt ad Oasim innumeralibus toleratis erumnis, postremò corrosa & consumpta à vermibus lingua, interierit.
CAPVT XXXVI.

Postquam Nestorius eiectus est, quid postea ei contigerit, vt vitam præsentem finierit, & digna blasphemiarum præmia tulerit, historici non prodiderunt. Et profectò vis temporis obliuionis profundo hæc immerisset, nisi in librum eius incidissem, ex quo historiam eius decerpsi. Itaque ipse blasphemix pater, qui non super petra, sed in arena, fundamenta fidei suæ iecisset, ad quosdam qui ei obiecerant, non rectè illum res nouas molitum esse, neque ex Reipub. utilitate, vt Ephesi synodus ageretur, petiisse, defensionem blasphemix suæ scripsit, ad eam scilicet necessitatem se peruenisse, Ecclesia sancta in partes duas scissa, dictitans. Et quum alij quidam Mariam ἀνθρώπου-
ποτόκου

HIST. ECCL. NICEPHO. 193

ποτόκου, id est, hominis genitricem: alij autē θεοτόκου, hoc est, Dei genitricem dicendam afferrent: se mediam excogitasse vocem χριστοτόκου, id est, Christi genitricem. In ea defensione refert, Theodosium propter commiserationē, primū reiectionem eius autoritate sua non confirmasse. Vbi verò episcopi quidam Constantiopolim venissent, vt in monasterium suum reuerteretur, permissum ei esse, quod extra Theopolim situm est. Nomen quidem illius non expressit: ab Euprepio tamen appellationem accepisse legi. Stadiis id duobus ab vrbe ea distat: vbi annos quatuor se in honore omni exegisse ait. Deinde commemorat, vt Theodosij sanctione apud Oasim exulare iussus sit, sed causam exilij primariam celat: quòd videlicet tali etiam rerum suarum statu à blasphemia non destiterit. Alium quoque librum ad Aegyptium quendam disertius scripsit, in quo de exilio ad Oasim fusius agit. Ex aliis quoque literis colligere est, quæ mala propter blasphemias tulerit, quum inspectorem rerum omnium oculum fallere non potuerit, quas literas ad Thebarum tum præfectum dedit, indicans quandoquidem hominibus condignas pœnas non dederit, diuinitūs se iusta vindicta expetiturum esse, atque in erumnam & captiuitatem miserandam maximè incidisse. Quum verò eum maiores calamitates experiri oporteret, ex potestate quidem Blemmyarum ille dimissus est, (eorum enim captiuus fuerat) Theodosij autem, qui rediisse eum intellexerat, iussionibus, in

barbari permiscere: vt nunc etiam, quod Deo visum est, de nobis constituatur. In alia rursus epistola ad eundem hæc scribit. Siue scriptum hoc, vt amici, ad magnificentiam tuam, epistolam, seu vt patris ad filium commonitionem accipias, non reiice, te quæso, quæ in eo est, quam fieri potuit breuissimam de rebus multis narrationem: cum Oasis, quæ etiam Ibis dicta est, dudum à Nomadum multitudine, qui in eam excurrerunt, vastata sit. Et postea. Hæc quum sic acciderint, nescio qua de causa, aut qua arrepta occasione, magnificentia tua nos per barbaros milites ex Panis oppido ad quandam Elephantinam, quæ Thebææ prouinciæ finis est, deportari curauerit. Et cum ad illam per ea quæ diximus militaria auxilia raperemur, & maiore itineris parte confecta affligeremur, rursus à fortitudine tua iussione sine scripto accepimus, vt in ciuitatem Panis reuerteremur. Et itineris, quod iussu tuo susceperamus, casibus confecti, corpore morbo simul & senio labefactato, necnon manu & latere conuulso, in Panis opidum reuersi sumus, animo quodammodo viæ laboribus deficientes. Adhuc cruciatibus dolorum affligebamur, & ad aliud rursus fortitudinis tuæ aduolans scriptum mandatum, ex Panis vrbe in alium ditionis eius locum translati sumus. Et quum talia aduersus nos conquietura putaremus, & quid de nobis victores Principes statuerent expectaremus, aliud subito sine gratia omni, de longinquo alio, & quarto iam exilio, mandatum

HIST. ECCL. NICEPHO. 194
 mādātū cōpositū est. Et paulo post Sed acquiesce tādē in eis quæ facta sunt, rogo, & tot aduersus corpus vnū exilia decernere desine, & tot calamitatibus quæ à magnificentia tua pertulimus, contentus esto. Et nobis per homines, quos cōuenit, sententiam victorum Principum nostrorum explorare humaniter quæso permitte. Hæc nostra, veluti patris, ad te tanquam filium, consilia sunt. Sin ea indignè feres, tum tu nunc quoque, sicuti antea, quod placitum tibi est, facito: siquidem sententiam tuam oratio nulla flectere aut vincere potest. Nestorius igitur in literis quoque ipsis, pugnis & calcibus impetit atque insultat, Imperatoriam etiam potestatem, sicuti vides, blasphemans: atque tot quoque mala passus, non tamen resipiscit. Peruenit in manus meas scriptum quoddam, obitum eius exponens, quem & ipsum memoriæ mandare in hac historia visum est. Commemorat enim, lingua eius à vermibus corrosa, ingemiscentem & lamentantem, ad maiora & sempiterna supplicia eum pœnas debitas soliturum, migrasse. Deinde & Theodosius diuino nutu commotus, sententiis & calculis omnibus, impiū illum anathemate iugulatum condemnauit, hisce verbis in constitutione vsus, quæ Iustiniani volumini, quod Codex nominatur, incerta est, tertia numero, in primo primi libri titulo. Præterea, inquit, sancimus, qui impiam Nestorij fidem æmulantur, aut nefariam eius doctrinam sequuntur, vt siquidem episcopi sint, aut clerici, ecclesiis eiiciantur: sin verò laici &

populares, anathemate feriuntur. Sed plures quoque alias constitutiones religionis nostræ gratia edidit, quæ flagrantem illius erga Christum ardorem declarant. Hunc impius Nestorius finem vitæ habuit, atque hæc sic in tertia quam diximus vniuersali Ephesia synodo sunt acta. Porro pernicioso Nestorio exautorato, grauis rursus contentio in Constantinopolitanæ vrbis ecclesiis mota est. Populus enim de Nestorij placitis agens, in duas partes abiit. Clerici sanè omnes communi suffragio eum anathemati subditum reiecerunt: sic namque Christianis mos est sententiam cōtra blasphemum ferre, quum eam tanquam statuæ incisam, omnibus publicitè proponere volunt.

VT POST NESTORIVM MAXIMIANVS, ac deinceps Proclus patriarcha Constantinopolitana ecclesia præfectus fuerit.

XXXVII.


Illo verò sublato, nō mediocris de episcopi electione quæstio extitit. Multi enim ad eum qui dictus est Sidensem Philippum respiciebant: omnes autem ferè Proclum cathedra ea maximè dignum esse iudicabant. Et exitum suum consilium horum habuisset, nisi qui multum tum apud Imperatorem valebant, impedimento fuissent, Ecclesiasticum canonem perperam prætexentes, qui designatum ciuitatis ali-

HIST. ECCL. NICEPHO. 195
cuius episcopum in ciuitatem aliam transferri vetare debeat. Is est eiusmodi: Si quis episcopus electus in parœciam, cui destinatus est, non ierit non culpa ille quidem sua, sed propter populi reiectionem, aut aliam non ab ipso electo prouenientem causam, is cum dignitate ministerio fungi (vt modò rebus ecclesiæ, vbi conuentus agit, nihil afferat turbæ) & acquiescere in eo debet, quod prouinciæ synodus de cōtrouersia in medium producta iudicans decreuerit. Hic canon publicatus plebem, quæ Proclum episcopum designabat, vel inuitam quiescere coëgit. Quatuor menses à Nestorio exautorato effluxerant, & ecclesiæ procuratio Maximiano comissa est, qui in ordine presbyterorum erat, & in monastica vita vixerat. Religionis hic maximè laudem consequutus fuerat, ex eo quòd propriis sumptibus monumentis constructis, in eis piè defunctorum reliquias reponeret. Et propterea quòd doctrina exigua fuit, alienā à rebus agendis delegerat vitam. Quam ob causam ecclesia sub eo externis rerum fluctibus libera, pace multa lætata est. Atque vbi annos duos & menses quinque pacificè ecclesiam administravit, septima ieiunij dierum septimana, ea quæ dicitur Magna quinta die, mortuus est. Tum verò Imperator Theodosius, & Pulcheria Augusta maximè curam eius rei suscepit. Ne enim rursus negotium eis exhiberetur de electione episcopi, vnde misceri ecclesiæ res & confundi potuissent, nulla interposita mora, quū adhuc Maximiani corpus insepul-

EX LIB. XIII.

tum esset, episcopos quoscunque inuenire potuerunt, coactos, intronizare atque in vacuam ecclesie possessionem inducere Proclum iussit. Quum namque deliberatum antea de eo esset, Cælestinus quoque Romæ episcopus suffragatus ei per epistolas fuerat, ad magnum illum Cyrillum & Ioannem Antiochenum & Rufum Thesalonicensem scribens, & modis omnibus docens nihil obstare, quo minus qui alterius urbis aut sit, aut saltem designatus sit episcopus, in aliam transferatur urbem. Proclus igitur in sede sua collocatus, postea funus & exequias Maximiani, omnibus patriarchæ insignibus usus, curauit. Sed de hoc quoque pauca quædam historię annectenda duxi.

FINIS.



ERRATA PARTIM VETERIS LIBRARIJ PARTIM NOSTRI AMANUENSIS PARTIM ETIAM OPERARUM TYPOGRAPHICARUM MENDO ADMISSA, QUÆ DILIGENS LECTOR OMNIA SUI LOCIS ADNOTABIT SI EXPEDITIORË SIBI HUIUS LIBRI LECTIÖNEM PARARE VOLET.

Fol. 4 l. 16 sciscitãte. Ib. l. 17. mansuetudinibus. pag. 2. l. 11. spirituales. Ib. l. 17. ministrare. fol. 5 l. 3. animorum. Ibid. pag. 2. lig. 3. vtrum dei gen. Ib. l. 19. nefandissimorum. fol. 6 l. 19. erant agenda dei. fol. 7 l. 8. David. Ib. pag. 2. l. 8. dominum & iterum l. 10. dominum fol. 8. pag. 2. l. 8. sed natura. Ib. l. 10. & existens & intelligendus fol. 9. pag. 2. l. aut quoni. Ibid. l. 10. modum in fo. 11. pag. 2. l. 15. facta qui propter fol. 12 l. 15. tempore fol. 13 pag. 2. l. 19. subsistentiam fol. 14 l. 1. vlt. hic verò. Ibid. pag. 2. l. 7. ipsam. Ib. l. 7. ipsam. Ib. l. 14. cognoscens fol. 16 l. 6. filius dei non erat. Ib. l. 24. & hoc est non deitas. Ib. pag. 2. l. 14. forte legendum lætæ mentis. Ib. l. 20. incrementi participem fol. 18 l. 6. & alibi, altiora scrutanda. Ib. pag. 2. l. 17. n. quam. Ib. l. antep. Timotheum vel Titum fol. 19 l. 1. intelligete. Ib. l. 17. neque quod acceperis. Ib. l. 19. & 20. cum sic scindi in p. a eius ecclesiam & l. 25. cogitasse? & l. 27. succietur? Ib. l. pen. vel adiciens vel retrahens fidei plenæ? & l. vlt. nobis nec. Ib. pag. 2. l. 1. imminutionem. Ib. l. 28. in hunc fo. 10. l. 3. namque est sub tuis. Ib. pag. 2. l. 2. est verbis blasphemiam & l. 4. vt omnibus velis & l. 6. salus auferre? & l. 8. odio se. & l. 11. tollatur? & l. 12. verba sunt domini, quibus & l. 8. immoror & l. vlt. catholicè viderur legendum fol. 21 l. 6. forte legendum. dirige in numerum. Ib. l. 17. nos contra fas etiam sacerdotes & c. Ib. l. antep. vel omnes qui fol. 22 l. 6. hanc nostram scias esse & l. 7. vt nisi de domino & l. 23. vel tibi vel vniuersis. Ib. pag. 2. l. 9. dei seruis. l. 21. viscera & l. pen. cum propria fol. 23 l. 8. possumus & l. 9. audiat & Ezech. & l. 12. vani in populi & l. 19. trasseretur & l. 24. fides vestra. l. pen. demantes. Ib. pag. 2. l. 6. diligenti. l. 10. decedente collegam beatæ. l. 12. quam ipse de se quam de fol. 24 l. 9. aliquando l. 11. prædebat sic in manus. forte legend. oracera: l. 13. sunt huiusmodi. l. 20. quærunt l. 25. per mundi stultia. l. 26. & 27. nisi qui se conf. e. d. m. nisi quis illius. l. 29. vna est gloria, vt sicut. l. vlt. vestro. Ib. pag. 2. l. 1. conuenire stultus. l. 17. vigilandum est. l. 20. inducias quos fol. 25 l. 16. necessaria est, vt temperamenta. l. 23. ex deo est. l. antep. in gaudio. Ib. pag. 2. l. 10. sunt, qui. l. 12. in a. r. i. s. l. 24. vel iustum pro

Bb iij

iniusto, vel pro iusto fol. 26. l. 28. vel morte vel cōuersione. Ib. pag. 2. l. 3. reu. rñor & l. 2. 24. vel ad tēpus l. 29. Nestorio vel eius & 30. vel loco suo, vel, communione deiecti sunt, vel deiectum vel excomunicatum videri fol. 27. l. 1. 2. & 3. videri f. h. o. i. n. c. & h. p. q. u. vel deicere vel rem. l. 2. vbi sic videatur l. 17. vel terrena Ib. pag. 2. l. 17. alios sibi vel paucos fol. 28. l. 1. id est intra ipsum & l. 20. id est de l. 26. vel excommunicatos vel exutus est l. 29. nec iudicamus fol. 29. l. 2. recen. emus l. 27. vere tibi euangel. l. pen. ita ille nec tanquam Ib. pag. 2. l. 11. asseruisse nos ratam, forte legēdum nostratem Ib. l. 12. testimoniis deuicisse l. 12. & quæ non prof. fol. 10. l. 14. auct. ritate & ita toto libro scribendum vt in manu & exemplo nōstro quamuis his qui p̄alo p̄sunt hęc scriptura persuaderi non possit l. 22. aut nisi hoc fecerit l. 23. enim corpore, modis Ib. pa. 2. l. 13. non satis l. 20. & 2. at. orthodoxis fol. 31. l. 2. vel si voluerint l. 24. patrum esse imitatores Ib. pag. 2. l. 23. quomodo pater & iterum l. 27. quomodo autem fol. 32. l. 7. hęc ipsa Ib. pag. 2. l. 20. quod emerit fol. 33. l. 21. quomodo non Ib. pag. 2. l. 15. dubitare velut l. 19. destinare & excitatam ex propriis ad piet. l. pen. ascribens quod ea fol. 34. l. 6. & 7. saluta apud te fir. l. pen. commissa est à deo Ib. pag. 2. l. 3. hoc egimus res l. vlt. de cætero fac. fol. 35. l. 2. quia seruauerunt qu. l. 8. cognouit omnino per l. 27. & quia l. vlt. quos Ib. pag. 2. l. 17. a pari & ad dei cultorem l. pen. est, fraternitatem fol. 36. pag. 2. l. 2. aliam l. 4. dirigens l. 20. decem solummodo diebus & iterum l. 22. solummodo & l. 24. in dispensatione l. 28. quod vero fol. 37. l. 4. & 5. quæstione l. pen. quomodo Ib. pag. 2. l. 15. conuersione l. 26. & verba causæ fol. 38. l. 3. festam l. 11. peremptionem l. 13. & 14. neque deum l. 17. scripturæ huic max. Ib. pag. 2. l. 8. non vtentur fol. 39. l. 25. solummodo constitutis Ib. pag. 2. l. 8. igitur simul l. pen. fidem vel dep. & eodem, laicis quoniam cler. fol. 40. l. 3. ipsum iudicasti. l. 1. est a te ad l. 8. & 9. irreprehensibiliter l. 20. subdidicimus aut l. eod. de deo Ib. pag. 2. l. 8. prius quam na. l. 9. subsistentia vel sub l. 13. patrum conf. l. 15. & 16. inuestigantes Ib. l. 20. celo, quæ, in l. 25. at. Nam l. vlt. etenim est fol. 41. l. 4. & confessor er. l. 22. non deum l. 23. feruus est l. 27. ignoramus quia cum l. eod. factus est. l. 28. quæ condecer fol. 42. l. 1. factus est & l. 5. quod vid. l. 15. quia ipse l. eod. quia deus vnigenitus filius l. 19. impassibiliter Ib. pag. 2. l. 23. Quomodo enim fol. 43. l. 6. secundum quam & vnum est l. 13. patris deum l. eod. conuenientes l. 24. omnes l. 25. subsistentia Ib. pag. 2. l. 17. quomodo iam fol. 44. l. 20. vero deum Ib. pag. 2. l. 11. perrexisse vocatam l. 20. confitetur deum l. 23. subsistentias post adiuuationem fol. 45. l. 7. soli ex deo l. 8.

id est deum Ib. pag. 2. l. pen. Constantinopoleos fol. 46. l. 7. protraximus enim l. 28. sed erit om. l. pen. autem & vbi Ib. pag. 2. l. 2. passionibus quæ in corp. l. 9. etiam sanctorum fol. 47. l. 25. aut qui Ib. pag. 2. l. 1. tantam quidem semper l. 7. & apud nos l. pen. dicentibus nobis fol. 48. pag. 2. l. 14. vtraque contineatur fol. 49. l. 9. tamen circa fatigationem eorum l. 21. & 22. sufficenter l. vlt. sanctissimam synodum & Ib. pag. 2. l. 22. sanctissimo comministro fol. 52. pag. 2. l. 17. nilopoleos fol. 53. l. 10. multa ex hac causa ecclesiis fier. Ib. pag. 2. l. 11. ad dei culturam l. vlt. comitem deuotissimorum dom. fol. 54. l. 6. amabilem episcopum nesc. l. 11. quia deberet confedere. l. 26. & qui Ib. erant. Ib. pag. 2. l. 19. episcopi Hellanici l. hodierno die f. 55. l. 3. firmationē Ib. p. 2. l. 28. feceris ad ea fo. 56. p. 2. l. 10. Anytus. l. 18. parati eramus ex l. antep. sanctis patribus & fol. 57. l. 20. extantibus Ib. pa. 2. l. 26. exponens tuam rem. fol. 58. l. 1. legitur in manu inuocationem fol. 59. pag. 2. l. 1. & postquam lecta. l. 11. omnino hęc existunt fol. 61. l. 6. anathematizamus. Impium Nestorium omnes anathematizamus l. 18. post nefandum. pag. 2. l. 6. sanctissimo & reuerētissimo l. 15. & 16. Episcopio asce fol. 62. l. 19. Ancyra. pag. 2. l. 5. Et si minis super l. 15. iterum sermone fol. 63. l. 16. quoniam & vere pag. 2. l. 13. quam vir fol. 64. l. 3. nasceretur caro de dei genit. l. 15. surgimus a terra pag. 2. l. 6. Et post alia. fo. 65. l. 16. 17. Est viuens dei fo. 66. l. 11. muliere post ea astruxit. fo. 67. l. 25. resurrectionem ex mortuis. fo. 68. l. 10. 11. verbum exinanitur exinanibile exist. fo. 69. pag. 2. l. 7. quomodo processit l. 17. quod enim l. pen. quod enim l. vlt. hoc est sermonem fo. 70. l. 4. quod enim l. 21. pero vbi dicunt fo. 71. p. l. sibi vnctus est. pa. 2. l. 9. veneramur diuinam coniunctionem fo. 72. l. 6. Est enim p. 2. l. 24. Et Iesus fo. 73. l. 17. qui pro se & genere corporis fo. 74. pa. 2. l. 15. nostri imperatoris fo. 75. p. 2. l. pen. Hęc omnium voces fo. 76. p. 2. l. 14. Concilio Ephesino fo. 78. l. 14. 15. forte legēdum Tymiamata cerea tenentes l. 20. valere vos in fo. 80. l. 13. Aduersus eam sententiam. fo. 81. p. 2. l. 14. dicentes quia nihil fo. 82. p. 2. l. 20. sed fidem anorum fo. 83. pa. 2. l. 4. Cessauit esse 65. blasphemum fo. 87. l. 15. vice nomen domini l. 23. post quæ momente p. 2. l. 22. discutitur qui discussurus fo. 88. l. 17. diuinæ presentia sit. p. 2. l. 17. Nouo Paulo Cælestino. Nouo Paulo Cyril. Cælestino fo. 89. l. 22. Augmentum quoque p. 2. l. 17. suffecere fo. 90. p. 2. l. 16. & antiquam traditionem fo. 91. l. 6. vestra suggerere put. p. 2. l. 11. Ad cognoscendum studium secundum deum sancti l. 19. Ab eo sunt gesta subscriberent fo. 92. l. 24. si nobis quod poposcimus. p. 2. l. 16. Maximus fol. 93. 7. dixit per omnia sanctissimus l. 15. Apostolica definitio fo. 94. p. 2. l. 11. Ycarie prouin-

cia & Paulus episcopus Lampe Crete provincie & Petrus
Episcopus Parabolom Paletine provincie & re. l. 11. nobis ia-
nuæ propter fo. 97. l. 1. eius iniqua dogm. p. 1. l. 9. in adibitem
trans. fol. 96. l. 4. in secundis p. 1. l. 28. quomodo non cum. fol.
97. l. 7. ne congruam suæ l. 11. sententiam vestram & canonum
fol. 98. l. 1. qui mag. l. vlt. in manuscripto videntes h. de honesta-
tem p. 1. l. 6. apuisse fol. 100. l. 6. iudice ergo p. 1. l. 28. lana dis-
positum est fo. 101. p. 1. l. 10. & venerabili coepiscopo fo. 103. l.
24 sanctorum episcoporum Occid. p. 1. l. 7. & 6. imperialis
maiestatis deest in manus. fo. 104. l. 14. progenitoribus quæ
precepimus fol. 106. p. 2. l. 1. te. & plurimi mortui sunt fol. 110.
p. 1. l. 11. sed etiam l. 11. coram ecclesia fo. 112. l. 1. ut non hic in-
terimamur uniuersis. 113. l. 2. de hac quod concedebat ut est
in manus. fol. 115. l. 4. tu vero coniunge ex fo. 116. l. 3. & 4. Co-
opinantes 22. communionem suam hab. 117. l. 21. & pietatem l.
antep. quato quato decimanus. vgenides philadelphus quar-
to decimanus. l. austinus laicus dis. philadelphus fol. 117. l. 15.
Zonoro. or. ep. l. 25. & clericos a clero. fo. 118. l. 1. quibus expletis
fab. p. 2. l. pen. vlt. ciuitatis the. fo. 120. l. 1. siac fo. 121. l. 1. Fa-
nias episc. l. 9. Hermolaus p. 2. l. 27. sudoris proprietatem fo-
122. l. 13. in dictione p. 1. l. 18. decreto rederunt fol. 123. p. 1. l. 1.
sed progenitorum vestrorum fol. 125. l. 1. sicuti dixi. vni. fol.
126. l. 12. vtil. suma & necess. p. 1. l. 6. in manus. recte vid. leg.
reste ipsa red. rg. l. 19. acuit os l. 14. tabescebam fol. 127. l. 10.
& secundum superbium l. 19. vincet autem l. 18. de quibus & pro-
pheta dicit l. 13. in detinebilis autem l. vel ex calliditate fo. 128.
p. 1. l. 11. aduenit autem cum carne fo. 129. l. 10. milibus iuda fo.
139. l. 24. Paulus admiratus est fo. 132. p. 1. l. 9. confiteamur au-
tem fo. 133. l. 11. fructum salutarem hom. p. 1. l. 2. r. complexus est
Propterea ut homo natus est. & ut verbum dei seruaui virgi-
nitate. Neque enim sunt fo. 135. l. 11. Quod etiam sig. p. 1. l. 19.
factus est autem quod l. 26. humana perpeffus l. 27. Quod enim
fo. 136. l. 1. sed quod est. p. 2. l. 8. sed mansit ipsa natura in suis ter-
minis l. 17. Quod enim l. 28. res conuertens fo. 137. l. 10. salutem
nostram l. 26. Necessitas non cogit. f. 138. l. 1. pauperiore patriam
p. 2. l. 10. Et quod vnit l. 13. dicit mihi mea paup. f. 139. l. 11. 16.
canentes l. pen. sed vna eundemque p. 2. l. 29. Neque motu stel-
la fo. 140. l. 1. sed noui & regi noui & Deum l. 19. terrarum & sic
in teg. l. 23. cur auferis l. 26. Non vides passionum corr. fo. 141. l.
19. Quod enim l. 28. videtur leg. Non ergo l. antep. vid. leg. si
enim videris sermonem pa. 2. l. 7. Quod neque l. 12. nec ea fol.
142. l. 15. 16. humanis rationibus p. 2. l. 9. Iacob & quia l. 10. non
cogitans fo. 143. l. 7. nostræ salutis sunt inimi. l. 12. l. 3. vero & l.

15. a me quomodo stat l. 18. 19. vides quomodo sup. p. 2. l. 11. ef-
fer quod fol. 144. l. 6. Ex luto fo. 145. l. 24. ut appareret fol. 146.
l. vlt. cur ergo quod in fo. 147. l. 7. Et in vno tota l. 17. pro qua
itaque causa suas passiones hominum fecit. p. 2. l. penul. Quod
autem in eo cel. fo. 148. l. 17. Namque dictorum pro. l. 19. dicta
sunt mente precep. l. 21. adipiscamur gratia chr. fo. 149. p. 2. l.
4. Et a me fo. 150. l. 11. precesserunt fo. 151. pa. 2. l. 13. cum eo fol.
156. l. 17. Tygriorum metropolis. & Apr. fo. 157. l. 10. Marciano-
poleos p. 2. l. 5. prius fol. 162. l. 5. in manus. sine quolibet l. 16. pre-
uentum semel & sag. l. 22. aliquod fo. 163. l. 6. prædiximus f. 164.
l. 15. pa. 2. Ad sanctissimum ac beatissimum Episcopum Iohan-
nem. Ne non & sanctissimum & beatissimum patrem nostrum
Acacium fo. 167. l. 14. maximam tamen curam pa. 2. l. pen. quam
ex tradit fol. 168. pag. 2. l. 11. sanctum corp. l. 17. quomodo san-
cta fo. 169. pa. 2. l. 9. esse crederetur fo. 170. l. 23. ut per li. fo. 172.
l. 25. Absit. sed fo. 173. l. 19. magnificentissimo preposito lb. pa.
2. l. 15. interdum falsinate ut est in manus. l. 17. in manus. impe-
dit. deest l. 18. eloquendi studium. quodam fieri oportet causa
& ter desideratis libenter in simile ut gaudis est in manus l. 25.
Piissimus & Christo amantissimus Imp. fol. 174. l. 16. impulsio-
nis enim non conf.

